Digitized by Google

ROV. DIOC.
162
B
12.
B.NAZ.NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
162
B
12
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

108
J
40

PRIMA DIOECESANA

SYNODVS

CARIATENSIS, ET GERONTINENSIS,

QVAM

JO: ANDREAS TRIA


Epiſcopus Gerontinenſis, & Cariatenſis

HABVIT

In S. Eccleſia CARIATENSI

Anno à Chriſto nato 1726.

Die 16. 17., & 18. Menſis Martii.



BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EM. III

Dono Ill.mi et Rev.mi Epi anno 1783. ... ipse erat Epus Cariaten.





Digitized by Google

SANCTISSIMO DOMINO

BENEDICTO XIII.

Pontifici, Optimo Maximo.

NIHIL antiquiùs habuì (Beatiſſime Pater) ſimulatque ad Epiſcopale munus, licèt immeritus, aſſumptus, quam prò utraque Eccleſia, mihi concredita, Diœceſanam Sinodum Cogere: Qua de cauſa aute mei ab vrbe ad reſidentiam diſceſſum, animarum mihi in Domino Commiſſarum ſaluti conſulturus, etiàm prò foro interno facultates opportunas, atque Indulgentias, eiuſdem Sinodi Celebrationis tempore, lucrandas à San.mem. CLEMENTE PP. XI. felicitèr obtinui. Reſciebam quidèm, quod ut rectè aliàs monet Sanctitas Veſtra ex praxi, quam ab ſuis primordijs ſervavit Eccleſia, nihil ad doctrinæ, diſciplinęque ſalutaris fructum, conducibilius, quam, ut prudentes ſervi, quos dominus in Vineis Suis Cuſtodes poſuit, ſtatis aliquando temporibus convenirent, eorumque collatis in unum Conſilijs, mores emendarentùr, componerentur controverſiæ, atque Evangelicæ vineæ fructus latiùs, & uberius darent odorem ſuum. Nèc me latabat, non alitèr Eccleſiaſticum Ordinem, neglectis Synodis, diffluere, quam ſi humanum Corpus nervis, articuliſque ſulveretur, & quod Synodorum neglectio quamplurimos ingerat abuſus, atque ad omne, vel ſceleſtiſſimum perpetrandam nefas quaquaverſum impellat. Certè nemini dubium Synodorum Celebrationem pręcipuam eſſe ad Evangelici Agrì culturam, & idoneam, non tantum ad bonorum morum plantationem, & extirpationem malorum; verum etiam ad mediorum, quibus ad prædicta pertingimus reſtitutionem cum primis valentem: Et hac dè rè, Sanctitas Veſtra, Sacrorum Canonum religioſiſſimus cęnſor, dum Cardinalius honore decorabatur, licèt varijs, ac multiplicibus conflictaretur calamitatibus, ac propè ruinoſis caſibus opprime-

retur , Canonicæ tamen hujus obſervationis officium pluries, atque pluries obire , non prætermiſit , ut merito doctiſſimus Dom. VINCENTIVS PETRA S. R. E. à Beatitudine Veſtra ampliſſimus Cardinalis creatus, in aureis ſuis commentarijs ad conſtitutiones Apoſtolicas,enunciando , quam frequentèr primis Eccleſiæ temporibus Synodi, & Concilia cum incenti fructu celebrari ſuetum fuerit , & hoc deplorando , quod Synodorum Celebratio,præſertim in Italia, fuerit pene obſoleta , imitandam Epiſcopis omnibus proponit pijſſimam Eminentiſſimi , & Reverentiſſimi (ut illius utar verbis) FR. VINCENTIJ MARIÆ CARDINALIS VRSINI, ARCHIEPISCOPI BENEVENTANI ſolicitudinem , qui in tribus *, quibus pręfuit Eccleſijs laudabili Nomine Provincialia Concilia , & Diœceſanas Synodos frequentiſſimè Celebravit,& cum admirabili Cleri profectû in Italiâ , ut dicebam , ferè obſoleta reſtituit, & reſtauravit. ; Id que tamen mihi ad effectum quoque ducere, ſexto ferè iam Præſulatus mei anno effluxo, non ſine magno mærore , non licuit , & quod pejus erat , nulla ſpes me illum brevi aſſecuturum affulcebat , vel quia alijs præpeditus negocijs , & cauſis alligatus , vel quod tribulis , & ſpinis animum vulneratum haberem, vel denique,quod grandis timor, ne in ſtrictiores incidiſſem laqueos me invaſerat : Quippe Eccleſia mea diu fuerat viduata Paſtore,& propè quatuordecim annis , adhibita ad infortunium Domini *Sebaſtiani delle Franci* coſideratione , qui etſi alias Zelantiſſimus , & doctiſſimus vir, iam factus cęcus amborum oculorum,& octogenario major , mercenariorum miniſterio uti oportuit , & dominus *Bartholomæus Portius* ejus ſucceſſor , & meus proximus anteceſſor Epiſcopus, undecimo , poſtquam ad reſidentiam ſe tranſtulit , Epiſcopatus menſe deceſſit ; Vnde penè innumerabiles abuſus , & corruptelæ, non minus in Populo , quam in Clero obrepſerunt , ne , alia dicam, quæ in præjudicium jurium , & bonorum Eccleſiæ, ac libertatis Eccleſiaſticæ paſſim fuerunt introducta,cum id, ut quiſque agnoſcat , non ſit difficile , quodve cum diutius animus meus , non tulerit, Beatitudinis Veſtræ excitamento , quæ ſui exemplo,hanc

Epi-

Epiſcopalis muneris partem, cunctis Eccleſiæ Paſtoribus ad imitandum propoſuit, animo erectus, & in Domino confiſus, primam Diœceſanam Synodum, ſub initio cadentis anni Celebrandam prò utraque Eccleſia indixi, & indictam opere complevi: ubi non ſolum Parochos, & Clerum, tàm ſæcularem, quam Regularem univerſum, ſed & utrumque capitulum meum, Populo, & Populorum proceribus, non expulſis, conueni, & Deus, qui infirma mundi eligit, ut fortia quæque confundat, tenuibus eloquijs meis, ſuam miſericordiam fecit, unde expertus fui, quod jàm alias Concilia Generalia, Provincialia quamplura, & Sacri Canones teſtantur, ut et ego ex eiſdem ſupra innui: Ibi enim, benedicente Domino, multæ controverſiæ fuerunt obtruncatæ, diſſidia non pauca compoſita, abuſus, & corruptelæ eliminatæ, prębenda Theologalis, & penitentiariæ cum nova alia Parochiali erecta, aliaque officia pro Divini cultus augmento conſtabilita, hijſque, & ſimilibus conſultum, quibus manibus tetigi, quę in Synodorum celebrationibus in Cœlis, & in terris promittuntur, cum & alias, nec digito quidèm, ea tangere valviſſem: Et quamquam ipſa mea prima Diœceſana Synodo fælicitèt *terminata*, inimicus homo ſuperſeminaverit zizania, Te autem Auctore, Tuoque Patrocinio (*Pater Sanctiſſime*) ad cujus refugium, ut par erat, per me recurſu habito, illud, tanquam ſupra petram, quià non habebat humorem, ut natum, ſtatim aruit: Quocirca cùm hoc opus, qualecumque ſit multiplici ratione eſſe Tuum iuſtitia poſtulet, Tibi propterea, quem univerſalis Eccleſia Patrem, & Petri Cathedra Magiſtrum, veneratur, ut ad locum, undè exeunt flumina, revertantur, opere pretium duco, ut illud Sanctitati Veſtrę, offeram, prout libentèr offero, & humilitèt dico: Excipe igitùr, Beatiſſime Pater, libens, ut enixè precor hoc obſequentiſſimi animi mei teſtimonium, dùm ad Sanctiſſimos Pedes Beatitudinis Veſtræ provolutus Apoſtolicam Benedictionem imploro.

Sanctitatis Veſtræ

Humillimus, Addictiſſ. & Obſequentiſſ. Servus, & Filius
Io: Andreas Epiſcopus Gerontinus, & Cariatenſis.

Actorum primæ Diœceſanæ Synodi
A B
Illuſtriſsimo, e Reverendiſsimo Domino
D. IO: ANDREA TRIA
Epiſcopo Cariaten., & Gerontinen.
celebratæ,

INDEX

Edictum Convocationis primæ Diœceſanæ Synodi pag. 1.
Monitorium requiſitionis Conſilii utriuſque Reverendiſſimi Capituli ſuper eadem Synodo pag. 4.
Inſtrumentum præſtationis ejuſdem Conſilii pag. ibid.
Acta præliminaria Synodi.
Decretum 1. de Synodi Inchoatione pag. ibid.
Decretum 2. De modo vivendi Synodi tempore pag. 9.
Decretum 3. de præiudicio, non inferendo pag. 10.
Decretum 4. De non diſcedendo, niſi Synodo finitæ pag. 10.
Decretum 5. De publica Oratione pag. 10.
Decretum 6. De deferendis querelis, & abſentium excuſationibus pag. 11.
Decretum 7. de Officialibus Synodi pag. ibid.
Forma Profeſſionis Fidei pag. 13.
Decretum de Synodi dimiſſione pag. 22.
Sermo ad Synodum. pag. 52.

Titulorum, & Capitum
INDEX

Titulus I.

Cap. I. De fide, & fidei Profeſſione pag. 35.
Cap. II. De Doctrina Chriſtiana pag. 37.
Cap. 3. De Divini verbi prædicatione pag. 40.
Cap. 4. De Explicatione Sacræ Scripturæ, *ubi* de Præbenda Theologali. pag. 44.
Cap. 5. De caſuum Conſcientiæ conferentiis pag. 46.
Cap. 6. De uſu librorum pag. 48.

Titulus II.

Cap. 1. De Adminiſtratione Sacramentorum pag. 50.
Cap. 2. De Sacramento Baptiſmi pag. 32.
Cap. 3. De Sacramento confirmationis pag. 56.
Cap. 4. De Sacroſancto Euchariſtiæ Sacramento pag. 58.
Cap. V. De Sacramento Pœnitentiæ, *ubi* de Præbenda Pænitentiariæ pag. 78. pag. 64.
Cap. 6. De Sacramento Extremæ unctionis, *ubi* de Viſitatione & cura infirmorum pag. 70.
Cap. 7. De Sacramento Ordinis, *ubi*, de Promovendis ad illud §. Unic. De officio Exorciſtæ pag. 78.
Cap. 8. De Sacramento Matrimonii pag. ibid.

Ti-

Titulus III.

Cap. 1. De Divinis officiis, & horis Canonicis, *ubi* de Diſciplina in Choro ſervanda pag. 83.
Cap. 2. De Sacroſancto Miſſç Sacrificio pag. 87.
Cap. 3. De Proceſſionibus, & ſupplicationibus pag. 92.
Cap. 4. De funeribus, Exequiis, & Sepulturis pag. 94.
Cap. 5. De Indulgentiarum evulgatione, & earum uſu pag. 97.

Titulus IV.

Cap. 1. De Sacroſanctis Eccleſiis, *ubi* de cultu, & reverentia eiſdem debita pag. 98.
Cap. 2. De Oratoriis privatis pag. 102.
Cap. 3. De Feſtorum dierum cultu & Sanctorum veneratione pag. 103.
Cap. 4. De Sanctorum Reliquiis pag. 108.
Cap. 5. De Ieiunio, Oratione, & Eleæmoſynis, *ubi* de quæſtuariis pag. 109.

Titulus V.

Cap. 1. De Capitulis *ubi* de Canonicis, & Dignitatibus, tum in communi, tum in particulari pag. 113.
Cap. 2. De convocatione, & celebratione capituli, *ubi* de Electione Procuratoris, Secretarii, & Punctatoris capituli pag. 119.
Cap. 3. De officio Secretarii Capituli pag. 121.
Cap. 4. De officio Procuratoris capituli pag. 122.
Cap. 5. De officio Punctatoris capituli pag. 123.
Cap. 6. De Parochis pag. 124.
Cap. 7. De Seminario Apoſtolico pag. 127.
Cap. 8. De confraternitatibus, *ubi* de locis Piis pag. 130.
Cap. 9. De Regularibus, *ubi* de Eremitis pag. 132.

Titulus VI.

Cap. unic. De Vita, & honeſtate Clericorum pag. 135.

Titulus VII.

Cap. 1. De bonis, & juribus Deo dicatis, *ubi* de eorum adminiſtratione, & adminiſtratoribus. pag. 138.
Cap. 2. De Decimis pag. 141.

Titulus VIII.

Cap. 1. Ce Blaſphemiis, ſuperſtitionibus, & maleficiis pag. 143.
Cap. 2. De Crimine falſi pag. 145.
Cap. 3. De Concubinariis, & Uſurariis pag ibid.
Cap. 4. De caſibus reſervatis pag. 147.

Titulus IX.

Cap. 1. De foro Epiſcopali, *ubi* de judiciis pag. 151
Cap. II. De Vicariis foraneis pag. 155
Cap. 3. De iudicibus Synodalibus pag. ibid.

Cap. 4.

Cap. 4. De Examinatoribus Synodalibus pag. 156.
Cap. 5. De Teſtibus Synodalibus pag. 157.
Cap. 6. De Miſſarum reductione pag. 158.
Cap. 7., & ult. De conſtitutionibus Synodalibus pag. ibid.
Rogitus actorum pag. 162.

APPENDICIS

Ad Synodum Diœceſanam Cariaten. & Gerentinen.

INDEX

I. *Epiſtola S. C. C. pro Concionatoribus* pag. 168.
II. *Metodo da tenerſi nelle Congregazioni de' Sacri Riti, e Caſi di Coſcienza* pag. 170
III. *Inſtruzione per li figliuoli, e figliuole, che ſi devono ammettere la prima volta alla Sacramentale Confeſsione* pag. 174.
IV. *Inſtruzione per quei, che devono per la prima volta ammetterſi alla Santiſſima Communione* pag. 182.
V. *Inſtruzione à Parochi, e Confeſſori, per facilitare l'aſſoluzione, o diſpenza di que' caſi, che ſi ſuole impetrare dalla Sacra Penitenziaria Apoſtolica* pag. 190.
VI. Mandata, & monita pro Medicis, quoad curam ſpiritualem Infirmorum pag. 192.
VII. *Avvertimenti di S. Carlo per li Confeſſori* pag. 194.
VIII. *Epiſtola Encyclica S.C.Conc. prò ſpiritualibus exercitiis* pag. 205.
IX. *Epiſtola Encycl. S.C.S.Officii ſuper Exorciſmis* pag. 207.
X. *Ex decretis S.C.Conc. de celebratione miſſarum* pag. ibid.
XI. *Decreta circa validitatem electionis Sepulturæ* pag. 213.
XII. *Decretum S.C.C. ſuper applicatione Sacrificii à Parochis* pag. 215.
XIII. *Decretum S.C.C. ſuper applicatione Sacrificii Miſſæ à Canonicis, Parochis Cariatenſibus* pag. 217.
XIV. *Decreta S.C. Epiſcoporum circa appellationes, & inhibitiones* pag. 218.
XV. *Taſſa univerſale da oſſervarſi nel foro, e Diœceſi* pag. 223.
XVI. *Epiſtola S.C.Conc. ad Epiſcopum Cariatenſem, & Gerentinenſem prò facultate reducend. onera miſſarum:* pag. 236.
XVII. *Decretum S.C.C. in cauſa prætenſ. Vicarii Gener. Gerentinenſis* pag. ibid.

EDICTVM

CONVOCATIONIS DIOECESANÆ SYNODI GERONTINEN., ET CARIATEN.

In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

JOANNES ANDREAS TRIA

EQUES ORDINIS SANCTI JACOBI

Dei, & Apoſtolicæ Sedis Gratia Epiſcopus Cariatenſis, & Gerotinenſis.

SUSCEPTI noſtri paſtoralis muneris, ad quod licèt undequaque immeriti, *divina*, ſic diſponente *Providentia*, aſſumpti ſumus ratio poſtulat, ut ea quæ in Sacris Conciliis, *a*, & præſertim in Tridentino *b* conſtituta ſunt, inviolatè obſerventur. Cum itaque in eiſdem maturo certo conſilio, proviſum ſit, & ſub certis pœnis Canonicis *c* conſtitutum, ut quotannis Synodus Diœceſana ab Epiſcopis celebretur: Nos autem, qui variis præpediti Cauſis, et tribulis oppreſſi ad hæc uſque tempora, ſexto jam Præſulatus noſtri labente anno; quamquàm, non ſine animi noſtri amaritudine, hoc tam grave onus adimplere protraximus; Et cum id

 diu-

a *Can. annis ſingulis diſt. 18. ex Conc. Calced. cap. 19.*
b *Seſſ. 24. de refor. cap. 2. Conc. Rom. ult. tit. 2. cap. III.*
c *Can. de Conciliis cit. diſt. 18. per tot. Trid. & Conc. Rom. ult. ibi. idem.*

diutius pati, & ſi nondum ab eiſdem tribulis, & inquietationibus liberi ſimus, animus noſter non permittat, eam propterea omninò cogere deliberavimus.

Primam itaque utriuſque Diœceſis, & Cleri noſtri Diœceſanam Synodum *ad Omnipotentis Dei gloriam, & ſub Deiparæ ſemper Virginis Mariæ, & Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli*, nec non *S. Theodori Martyris*, noſtrarum Cathedralium Titularium patrocinio *ad Eccleſiaſticæ diſciplinæ reformationem, morum correptionem, divini cultus augmentum, & ad gregis Nobis in Domino concrediti ſalutem*, Epiſcopali, & qua in his fungimur authoritate, ſivè ordinaria, ſive delegata, celebrandam indicimus, illamque pariter ad diem 17. Menſis Martij noſtræ conſecrationis anniverſarium, huius incepti anni 1726. qui erit Dominica ſecunda, proximæ Sacratiſſimæ Quatrageſimæ, ad hanc noſtram, de more *Sanctam Cathedralem Eccleſiam Cariatenſem*, quem locum, præ cæteris, tàm unius, quàm alterius Diœceſis ad hunc effectum, longè aptiorem declarantes, convocamus, & indicimus, & præſentium tenore indictam, & convocatam eſſe denunciamus.

Quocirca monemus omnes, & ſingules, *a* qui in utraque noſtra Diœceſi, & earum Civitatibus, oppidis, Terris, & locis, beneficia quæcumque, etiam ſimplicia cuiuſvis generis, & Tituli obtinent, & item qui Sacris ordinibus initiati ſunt, omnes etiam, qui in minoribus ordinibus ſunt conſtituti, Regulares, *b* qui noſtræ Juriſdictioni delegatæ, Conciliorum, & Apoſtolicorum Decretorum vigore ſubjiciuntur, & invitamus *c* utrumque noſtrum dilectiſſimum Capitulum Gerutinenſe, & Cariatenſe, Dignitates, & Canonicos eorum, & præ cæteris Parochos, & curam animarum habentes earumdem Cathedralium, Archipresbyteros, & Æconomos cum animarum cura, & alios quoſcumque, & quocumque veniunt nomine, Cathedralibus noſtris, Parochialibus Archipresbyteralibus, Abbatiis, aliiſque Eccleſiis utriuſque Diœceſis addictos, qui de jure, vel de conſuetudine, Synodo utriuſque Diœceſis Cariatenſis, & Geruntinenſis intereſſe debent, vel poſſunt.

Et nihilominùs eis, & eorum ſingulis in virtute Sanctæ obedientiæ, ad quam omnes ſupradicti jure divino tenentur, *d* ac ſub pœna Interdicti quoad Capitula, & Communitates, quo verò ad ſingulas Perſonas preſertim Parochos noſtrarum Cathedralium, Archipresbyteros, Æconomos, qui habent Curam Animarum ſub pœna excommunicationis, aliiſque pœnis à jure, vel à conſuetudine in Synodorum celebrationibus adverſus, non accedentes ad eas, ferri, & proponi debitis, & conſuetis, mandamus, jubemus, & perquam ſtrictè præcipimus, ut omninò per ſemetipſos, non verò per alios, niſi canonico, aùt legitimo impedimento detenti, de quo docere teneantur coram Nobis, vel noſtro Vicario Generali, & tunc per ſpeciales nuncios,

aut

a *Cap. final. 18 diſt.*
b *Trident. loc. ſup. cit. Alexand. VII. in ſua conſt. cum ſicut. 30. Mart. 1661.*
c *Cap. fin. de his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſ. capit.*
d *Hebr. 13. Luc. 10. can. qui ſuis 53. diſt. cap. quia frater. 7. q. 1.*

Digitized by Google

aut Procuratores huic Sanctæ Synodo celebrandæ omninò adeſſe, & intereſſe debeant, atque hora decimatertia de mane ad hanc ſupradictam Noſtram Cathedralem cum habitu propriæ Dignitati, ſtatui, & gradui congruo, accedant, nec ab ea ſub prædictis, alijſque noſtro arbitrio reſervatis pœnis, diſcedant, aut abeant, niſi eadem Synodo prorſus dimiſſa, & abſoluta, quocumque quoad Geruntinenſes in contrarium pretextu, minimè obſtante, juxtà notam declarationem Sacræ Congregationis Concilij in judicatum transactam, & ab omnibus, ùt par erat admiſſam ſub die 11. Februarii 1708. editam, qua expreſsè determinatum fuit Epiſcopum Geruntinenſem, & Cariatenſem poſſe ſuam Synodum prò utraque Diœceſi, & Clero ad locum ſibi meliùs viſum, ſivè unius, ſivè alterius Diœceſis Convocare, eamque ſic convocatam, & celebratam unos, & alteros ligare.

Mandantes interim omnibus Parochis, & Archipresbyteris, ùt Populum Plebeſque ſibi commiſſas verbo, & exemplo excitent ad effundendas in Deum devotas præces prò felici Synodi exitu, & die Dominica, Synodum proximè antecedente ad hunc effectum rectè confeſſos, communicent, quod pariter præſtabunt Clerici, & Sacerdotes non celebraturi, qui ad Synodum venient in noſtra Miſſa Synodali; & in ferijs quintis antè Synodum duplici, non impeditis poſt præſentis Edicti publicationem, Miſſam de Spiritu Sancto celebrent, & ſi impediti duplici ritu fuerint, dicant ejus collectam, & in feſtis diebus Litanias Sanctorum antè miſſam Parochialem cum Populo recitabunt; pro quibus hortamur omnes utriuſque ſexus Chriſtifideles, ùt confeſſi, ſanctiſſimam Euchariſtiam ſumant, & hanc noſtram Cathedralem viſitent his diebus, quibus ipſa ſancta Synodus habebitur, ùt indulgentiam plenariam vigore ſpecialis Brevis Sanctæ memoriæ *Clementis Papæ XI.* elargitam miſericorditèr in Domino conſequantur, volumus autem, ut hæc Synodi indictio affixa valvis utriuſque noſtræ Cathedralis, nec non Matricibus Eccleſijs Locorum, & Terrarum utriuſque Diœceſis, omnes, & ſingulos afficiat, ac ſi fuiſſet ſigillatim ſingulis intimata. Datum Cariati ex noſtro Epiſcopio hac die primo Januarij 1726.

Io: Andreas Epiſcopus Cariaten., & Geruntin.

Loco ✝ Sigilli.

Orontius Torelli Actuarius.

Sequuntur atteſtationes publicationis, & affixionis ſupraſcripti Edicti factæ per Loca in eo enunciata ſub die 10. Menſis Februarij eiuſdem anni 1726. in forma &c.

Orontius Torelli Actuarius.

ACTA SYNODI DIOECESANÆ

IO: ANDREAS TRIA
EQUES ORDINIS SANCTI JACOBI, DEI, ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA EPISCOPUS CARIATENSIS, ET GERUNTINUS.

Moneatur utrumque noſtrum Dilectum RR. Capitulum Cathedralis Eccleſiæ Cariatenſis, nec non Cathedralis Eccleſiæ Geruntinenſis, ac R R. Dignitates, & Canonici earundem noſtrarum Cathedralium per præſentium affixionem ad loca, in quibus celebrari ſolent eorum Capitula ad conveniendum coram nobis in hoc noſtro Epiſcopali Palatio Cariatenſi *die decimoquarto præſentis menſis Martii de mane hora decima tertia*, in quo nos intereſſe intendimus prò exquirendo eorum conſilio *a* ſuper noſtra prima Synodo, quæ prout alias fuit indicta celebrabitur *in hac noſtra Cathedrali Cariatenſi Dominica ſecunda hujus Sacratiſſimæ Quadrageſimæ, quæ erit die decima ſeptima currentis menſis Martii*, aliiſque ſubſequentibus diebus, aliàs habeantur prò requiſitis, & proùt de jure, & nos ad ulteriora in actionibus Synodalibus, proùt in Domino viſum fuerit, procedemus. Datum Cariati ex noſtro Epiſcopio hac die 7. menſis Martij 1726.

Io: Andreas Epiſcopus Geruntinus, & Cariatenſis

Loco ✝ Sigilli

Orontius Torelli Actuarius

Sequuntur atteſtationes affixionis ſupraſcripti Monitorii factæ in Locis in eo enunciatis, puta, in loco Capituli Cathedralis Eccleſię Geruntinenſis ſub die 9. ejuſdem menſis Martii, & in loco Capituli Cathedralis Eccleſiæ Cariatenſis ſub die 11. antedicti menſis, & anni, in forma &c.

Torelli Act.

In Dei nomine Amen. Die 15. Menſis Martii 1726. Cariati &c. Convocato coram Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino &c. utroque Reverendiſs. Capitulo Cariaten., & Geruntinen in Manſionibus Epiſcopalibus omnes DD. Dignitates, & Capitulares ipſorum prædictorum Reverendiſſimorum Capitulorum, ibidem convenerunt, R. D. Franciſco Maſcaro Archidiacono Geruntinenſi, & R. D. Dominico Pergulo, Canonico Geruntinenſi ex cauſis abſentibus, dumtaxat exceptis, & ibi capitulariter congregatis omnibus aliis DD. Dignitatibus, & Canonicis hujus Civitatis in totum *num.* 14. & Dignitatibus, & Canonicis Civitatis Gerentiæ, *num.* 8. fuerunt, per R.D. Andream Biſignani Canonicum Pœnitentiarium hujus Civitatis, & per R. D. Franciſcum Canonicum Guaraſci Geruntinum perlecta de mandato ejuſdem Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini &c. Clara, & intelligibili voce, & modo per unum, modoque per alterum, alter alte-

rum

a Debet exquiri, ſed non tenetur Epiſcopus illud ſequi *Can. Epiſcopus* 24. *diſt*, *S. Cong. Conc. in una S. Miniati Synodi* 4. *Decembris* 1638. *S. Marci Synod.* 10. *Maii* 1666 *Boven. Synod.* 17. *Feb.* 1680. *Hiſpalen. Synod.* 26. *Nov.* 1689. *Melevitana Synod.* 15. *Jan.* 1707.

Digitized by Google

rum coadjuvando, decreta, & conſtitutiones, quæ evulgari, & publicari debent in proxima futura Synodo habenda, & celebranda prò utraque Diœceſi proximo die 17. dicti Menſis Martii: Et quoniam non potuerunt eodem die de mane, & de ſero ea omnia perlegi, ipſorum lectura fuit poſtpoſita ad diem ſequentem, quando coram dicto Illuſtriſſimo, & Reverendiſs. Domino, præſentibus omnibus ſupradictis Reverendiſſimis DD. Dignitatibus, & Canonicis fuit reaſſumpta, & continuata uſque & per totum *Capitulum ſecundum ubi de Vicar. Foran. tit. 9.* ſuper quibus expleta lectura de qua ſupra, idem Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Epiſcopus Conſilium utriuſque Reverendiſſimi Capituli, & DD. Dignitatum, & Canonicorum, ut ſupra capitulariter congregatorum, benigniter requiſivit, qua per eos requiſitione audita propoſitum, & determinationem dicti Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini Epiſcopi de Synodo agenda, & decreta per dictos D. Andream Canonicum Pœnitentiarium Biſignani, & per dictum D. Franciſcum Can. Guaraſci, ut ſupra ipſis præſentibus, & audientibus lecta in ea publicanda laudaverunt, & approbaverunt; Et licet quoad Taxam punctaturarum, Admodum Reverendus Archidiaconus Cariaten. aſſeruerit, quod ſit exceſſiva una cum Admodum Reverendo Archipresbytero ejuſdem Civitatis ac uno, & altero ex eiſdem DD. Canonicis, tamen conſideratis omnibus dictus Illuſtriſſimus Dominus, ſibi eam moderandi jus reſervavit ſuoque arbitrio, quatenùs opus ſit, remiſit, & quoad Taxam punctaturarum, contrà abſentes à Proceſſionibus, ſe declaravit, non comprehendere abſentes à Proceſſionibus, niſi ad quas tenentur ex obligatione, præſentibus ad prædicta omnia, & vocatis R. D. Thoma Abbate Marullo Archipresbytero Scalæ, R. D. Carmino Tornicchia Archipresbytero Verzini, R. D. Donato Diacono Archipresbytero Sancti Maurelli, R. D. Cajetano Chriſtiano Æconomo, & Vicario Foraneo Sabellorum, R. D. Dominico Turrotio Æconomo, & Vicario Foraneo Verzini, aliiſque & tandem *die 19. ejuſdem Menſis Martii tertia ſeſſione, & antè continuationem ſeſſionis, quæ habita fuit de ſero*, prædictis capitulariter convocatis coram eodem Illuſtriſſimo, & Reverendiſs. Domino omnibus præſentibus proſequuta, & continuata fuit lectio Decretorum, & Conſtitutionum Synodalium, uſque ad finem, & ipſis propoſitis Perſonis prò *Judicibus, & Examinatoribus Synodalibus*, eas pari voto approbarunt, præſentibus, vocatis &c. dicto Reverendo Archipresbytero Scalæ, D. Ioanne Laurentio Lupi, aliiſque ſuper quibus &c. Actum &c. die menſe, & anno quibus ſupra &c. & ita &c. omni, &c.

Ita eſt Ego D. Dominicus Abbas de Roſe Parochus Caccurii authoritate Apoſtolica Not. requiſitus ſubſcripſi, publicavi, & rogatus ſignavi &c. manu ſignoque propriis &c.

Loco ✝ Signi.

ACTA

Digitized by Google

A C T A

PRIMÆ DIOECESANÆ SYNODI GERUNTINENSIS, & CARIATENSIS

A B.

Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino

D. JOANNE ANDREA TRIA

EPISCOPO CARIATENSI, ET GERUNTINENSI

C. E. L. E. B. R. A. T. Æ.

Diebus 17. 18., *&* 19. *Martii.*

M.D.CC.XXVI.

ACTA SYNODUM PRÆCEDENTIA.

PLuries utraq; *Diœceſi per Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Dominum, Paſtoralis Viſitationis munere perluſtrata, tandem hanc primam Synodum pro utraque Diœceſi, coacturus, quamplures Eccleſiaſticos in utroque jure, ac in Sac. Theologia peritos elegit, ut de eorum Conſilio ad ſingula diſponenda procederet, & interim mandavit eam indici, prout indicta fuit* die Epiphaniæ Domini, *tùm in Cathedrali Eccleſia Geruntinenſi, tùm in Cathedrali Eccleſia Cariatenſi intra Miſſarum ſolemnia incipientis anni* 1726. *è ſuggeſto inter feſta mobilia ad Pontificalis Romani normam, & inſimul relaxatum fuit Edictum circulare, quod publicatum die* 10. *Menſis Februarii in Cathedralibus, & Matricibus Eccleſiis utriuſque Diœceſis, & ad valvas earundem Eccleſiarum, affixa fuit ejus copia, quo convocatus fuit univerſus Clerus ad dictam Synodum habendam ſupradicto tempore, & Populus adhortatus, ut ſuis precibus hanc rem Deo commendaret, & ſe diſponeret ad lucrandam Indulgentiam plenariam, prout in eodem Edicto.*

Et deindè fuit affixum aliud Edictum in Sacriſtiis, & in loco, in quo celebrantur Capitula, quo monitum fuit utrumque Reverendiſſimum Capitulum ad conveniendum coram eodem Illuſtriſſ., & Reverendiſſ. Domino in ſuo Epiſcopio Cariatenſi die 14. menſis Martii de mane hora decimatertia *pro exquirendo eorum conſilio ſuper dicta prima Synodo, quam celebrari indixerat in dicta Cathedrali Cariatenſi dicto die* 17. *Martii, aliiſque ſequen-*

ti-

tibus prout exequutum fuit ſequenti die 15. *Martii*, & *aliàs ut in Inſtrumento deſuper rogato*, & eodem die de ſero habita fuit concio Præſynodali ad Clerum, & Populum in eadem Cathedrali Eccleſia per R. D. Nicolaum Curto Canonicum Theologum dictæ Cathedralis.

Et tandem cum fuiſſet appropinquatum tempus aperitionis Synodi Eccleſia Cathedralis fuit *magnificè exornata*, & die præcedenti Sabatho 16. dicti Menſis Martii hora meridiana *omnes Campanæ Cathedralis Eccleſiæ ſonitu plauſerunt, renovato earumdem ſonitu de ſero*, & *de mane, primovè auroræ aſpectu*, & *quando Illuſtriſs. Dominus ad Cathedralem deſcendit*, & *dum in ultima ſeſſione intonatus fuit hymnus* Te Deum laudamus, *ad præſcriptum Pontificalis Romani*.

APERITIO SYNODI

SESSIO PRIMA.

Die 17. Martii Dominica Secunda Sacratiſſimæ Quadrageſimæ 1726.

DATA hora Decimatertia *Illuſtriſs.*, & *Reverendiſs.* Dominus *Cappa indutus, recollecto Clero in aula Epiſcopalis Palatii*, & *eo præcedente*, & *Dignitatibus*, & *Canonicis utriuſque Cathedralis cum propriis inſigniis, quibus etiam erant induti Parochi ſubſequentibus ab eodem Palatio in Cathedralem deſcendit*, & *poſtquam aliquantalum antè Auguſtiſſimum Sacramentum*, & *antè Altare majus oraſſet Thronum aſcendit, ubi* intonata nona, *Organis plaudentibus, Dignitates*, & *Canonici Sacris Veſtibus ſe pararunt, dictus Illuſtriſſimus*, & *Reverendiſs. Dominus ſeque præparavit ad Miſſam, poſteà Pontificaliter ſe induit*, & *terminata nona*, Sacrum de Spiritu Sancto *Pontificaliter cum Muſica fecit, quo terminato ſinè publicatione* 40. *dierum Indulgentiarum propter plenariam durante Synodo conceſſa Thronum aſcendit* & *ibidem depoſitis miſſalibus paramentis, Canonicis*, & *Dignitatibus indutis ut ſuprà remanentibus ſuum nobile Pluviale* de lama doro, *argentiſrigiato aſſumpſit*.

Et interim ordinata Proceſſione, ea facta fuit per Civitatem cum delatione SS. Sacramenti ſub unica tantum Cruce eju*ſdem Catredalis in qua alternatim cantatus fuit Hymnus* Pange lingua, & Pſalmi. *Confitebor* 110. Beati omnes 177. credidi 115. & Lauda Jeruſalē 147. *eaque terminata omnes propria loca petierunt*, & *dictus Illuſtriſsimus*, & *Reverendiſsimus Dominus genuflexus thurificato Santiſsimo Sacramento*, & *cantatis orationibus de more Clerum*, & Populum *benedixit*, & *poſteà delatum*, & *aſſervatum fuit dictum SS. Sacramentum in cuſtodia in propria Capella*.

Synodalis autem congreſſus erat diſpoſitus, prout ſequitur: Faldiſtorium erat paratum ſupra in medio Summi Altaris, & *hinc indè ſcamna pro Canonicis, Diacono*, & *Subdiacono, in propriis ſtallis ſedebant DD. Dignitates*,

&

& Canonici utriuſque Capituli parati Sacris veſtibus, & etiam Regulares, & in inferiori ſcamno ſtabili à cornu Evangelii ſedebant Archipresbyteri, & Parochi cum propriis inſignibus, deindè Sacerdotes, Beneficiati, aliique etiam Clerici utriuſque Diaceſis, alia loca in Choro, & ſcamna occupabant. Ad pedes verò Throni Epiſcopalis à parte ſiniſtra ſuprà verſus Altare in Sede peculiari ſedebat Reverendiſsimus D. Carolus Abbas Galli utriuſque Diaceſis Vicarius Generalis, & hinc indè ad ipſum in aliis Sedibus inferioribus, Synodi Theologi, & retro ipſos Synodi Notarii, poſtquam ad id electi fuerunt.

Ab altera parte Chori, & in facie dicti Reverendiſsimi Domini Vicarii Generalis, ſedebant in peculari Scamno Canonici Promotores, & Secretarii Synodi omnes propriis paramentis induti, ſimiliter poſtquam ad id electi fuerunt, & pariter ſub Presbyterio, & extrà Chorum ſedebant Advocati Synodi in ſedibus peculiaribus, & retrò ipſos Oſtiarii, magnifici verò Gubernatores Advocatus, Syndici, alijque de Regiminibus ſedebant in banchis particularibus in circuitu poſitis ſub Presbyterio, & extrà Chorum, exceptis magnificis Gubernatore, & Advocato Civitatis, qui ſedebant ſimiliter in ſedibus particularibus propè, & ſubtùs verſus Thronum.

Illuſtriſsimus verò Dominus ſurgens è faldiſtorio, depoſita Mitra, & ibidem verſus ad Altare genuflexus intonuit Antiphonam: Exaudi nos. ſchola Cantorum proſequente, qua finita, eoque poſtea in dicto faldiſtorio cum Mitra univerſoque Clero conſidentibus cantatus fuit, Pſalmus 68. prout ex Pontificali; Salvum me fac Deus: alternatim à Clero.

Quo Pſalmo cantato, & Anthiphona repetita, Dominus è faldiſtorio ſurgens, mitraque depoſita verſus Altare recitavit Anthiphonam: Ad ſumus Domine: ſtantibus omnibus; Poſt orationes deſcendens ad faldiſtorium genuflexus recubuit ſuper eodem Litaniæ cantabantur, univerſo Clero, pariter genuflexo ſimiliter verſus Altare, & ad ea verba: Vt hanc præſentem Synodum, viſitare, diſponere, & benedicere ✠ digneris, Illuſtriſsimus Dominus ſurgens, & verſus ad Clerum Synodum benedixit, Cantoribus poſtea Litaniis proſequentibus, indè verſus Altare dixit Orationem: Da quæſumus: prætermiſſo: Flectamus genua propter diem Dominicum.

Quibus peractis Canonicus Diaconus cum Canonico Subdiacono paratus ad Illuſtriſſimum accedens benedicto priùs Incenſo, & benedictione accepta Cantauit Euangelium: Convocatis Ieſus: Ex Pontificali Romano, & alia peracta fuerunt, ut in Miſſa, poſtque Dominus Epiſcopus depoſita mitra in eodem loco verſus Altare intonuit hymnum: Veni Creator Spiritus: ac genuflexus per totum primũ Verſum, quofinito ſurrexit ſtans verſus Altare uſque ad finem hymni, eoque expleto, reaſſumpta Mitra ſedens in eodem faldiſtorio facie ad Clerum, & ad Populum, quo erat plena tota Eccleſia, prout eam frequentatus fuit Populus univerſus cum magno concurſu in omnibus actibus actionibus, & ſeſſionibus ex ſpeciali permiſſione ejuſdem Illuſtriſſimi, & Reverendiſs. Domini, qui poſtea hinc inde Diaconis Canonicis in propriis

ſcam-

Digitized by Google

ſcamnis conſedentibus, Sermonem habuit, *infrà apponendum, ad Synodum*

Acceſſit deinde dictus Reverendiſs. Dominus Vicarius Generalis ad Illuſtriſſimum, & Reverendiſs. Dominum, & ei detulit Sacroſancti Tridentini Concilii codicem, necnon decreta præliminaria Synodi, quæ ab eodem Domino Epiſcopo tradita fuerunt D. Andreæ Biſignani, Canonico Pœnitentiario Parocho hujus Cathedralis, qui poſteà fuit electus Synodi Secretarius, quique, ut erat indutus Cappa, dictis Decretis reverenter acceptis, comitatus à Magiſtro Cæremoniarum, atque à duobus Clericis, Pulpitum aſcendit, & alta,& intelligibili voce ea promulgavit, *ut ſequitur.*

DECRETA PRÆLIMINARIA SYNODI

DECRETUM PRIMUM.

De Synodi Incboatione.

In Nomine Sanctæ, atque Individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

NOS JOANNES ANDREAS TRIA

EQUES ORDINIS S. JACOBI DEI, ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA EPISCOPUS GERVNTINEN., ET CARIATEN.

AD Dei Omnipotentis, & B. Mariæ ſemper Virginis, Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, Titularium hujus noſtræ Cathedralis Eccleſiæ Cariatenſis, Beati Theodori Martyris, Titularis pariter alterius noſtræ Cathedralis Eccleſiæ Geruntinenſis, aliorumque Sanctorum Patronorum, utriuſque noſtræ Cathedralis, & Diœceſis, laudem, *primam hanc noſtram Diœceſanam Synodum prò utraque noſtra Eccleſia, & Diœceſi Cariatenſi, & Geruntinenſi, invicem perpetuò æque principaliter, & Canonicè unitis* hodierno anniverſario noſtræ Conſecrationis Sacroſancto die, incipimus, & inceptam eſſe volumus: Faxit idem Omnipotens Deus prò ſua Miſericordia, & precibus B. Mariæ Virginis, ac eorundem Sanctorum noſtrorum Titularium, & Patronorum, aliorumque Sanctorum omnium, ut quemadmodum ſperamus, ex hoc ſacro cœtu lumen, & ſpiritum, omnes reportemus ad officia noſtra ſecundum voluntatem Dei peragenda.

DECRETVM II.

De modo vivendi Synodi Tempore

Quoniam nihil ferè ſæpius, & Divinis literis Eccleſiaſticis monumentis commendatum eſt, quam clericalis Ordinis, hominum vitæ integritas, Innocentia, fides, Religio, pietas, virtutumque omnia ornamenta, quibus Domus

Digitized by Google

Dei potiſſimum excitentur, ideò Clerum noſtrum hic præſentem monemus,& per viſcera miſericordiæ Dei noſtri obteſtamur,ut cũ ſemper, tum maximè hoc tempore in verbo, in converſatione, in charitate,laicis hominibus præluceat omni virtutum ſplendore.

DECRETVM III.
De Præjudicio, non inferendo

Si quem in hac Synodo contigerit præter, aut contra conditionem ſuæ Dignitatis, gradus, vel muneris incedere, ſtare, ſedere, aut quid aliud peragere, nemini propterea illatum præjudicium ullum, aut novum jus acquiſitum fuiſſe decernimus, ſed omnia in eo ſtatu firma remanere volumus,in quo erant priusquam hæc noſtra Diœceſana Synodus cogeretur, & ità pariter volumus,ut nobis, & ſucceſſoribus noſtris nullum inferatur præjudicium, minuſque noſtro Capitulo Geruntinenſi circa locum celebrationis Synodi, itaut nobis,& ſucceſſoribus noſtris liberum ſit eam alibi, & in eadem Diœceſi Geruntinenſi convocare prò utraque noſtra Diœceſi, proùt de jure, ut quoque ſicuti noſtrum Capitulum Cariatenſe in hac noſtra Eccleſia defert, & quoad locum, & votum Capitulo Geruntinenſi, ità conveniens eſt, ut abſque æmulatione, hoc, & illi ſi in Diœceſi Geruntinenſi eam celebrari contigerit, ſimiliter, & deferre debeat.

DECRETVM IV.
De non diſcendendo, niſi Synodo finita

Vniverſis, & ſingulis, qui ad hanc Synodum convenerunt,aut præſentes adeſſe tenentur,ſub pæna excommunicationis præcipimus, nè antequam Synodus legitimè ſit dimiſſa ab hac Civitate diſcedant, abſque noſtra in ſcriptis conceſſa facultate, quin etiam ſub eadem pœna ſeſſionibus, actionibus,& conventibus omnibus quibuſcumque indictis,aut indicendis interſint, nec ab eis diſcedere audeant, niſi neceſſaria de cauſa, & facultate à nobis in ſcriptis dumtaxat obtenta.

DECRETUM V.
De publica Oratione.

Quoniam veteris eſt Inſtituti in Synodali Conventu prò publicis rebus orationem fieri: Idcirco in omni prece his diebus orandum edicimus pro SANCTISS. DOMINO NOSTRO BENEDICTO PP. XIII. prò conſtanti, & perpetuo Cleri, Populique utriuſque Civitatis, & Diœceſis noſtræ profectu, ac ſalutari hujus Synodi ſucceſſu, necnon ad lucrandam In-

dul-

Digitized by Google

dulgentiam plenariam , & remiſſionem omnium peccatorum omnibus , & ſingulis Chriſtifidelibus utriuſque ſexus verè pœnitentibus confeſſis , ac Sacra Commnione refectis , hanc Eccleſiam Cathedralem viſitantibus in uno dierum ejuſmodi Synodalium à ſan. mem. CLEMENTE PAPA XI. prò prima Diœceſana Synodo conceſſam, orandum eſt prò pace, & concordia inter Principes Chriſtianos , hæreſum extirpatione , & Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione .

DECRETUM VI.

De deferendis querelis , & abſentium excuſationibus .

Quoniam ex antiquo Sacrorum Canonum Inſtituto audiri debent querelæ , ſi quæ ſint; ideò prò eis accipiendis deputamus V. J. D. & Sac. Theol. Profeſſorem Dominum Carolum Abbatem Galli prò utraque Diœceſi Noſtrum Vicarium Generalem , reſervata tamen auctoritate avocandi ad Nos, etiam durante Synodi tempore ejuſmodi cauſas, vel aliis ad noſtrum arbitriũ committendi , prout quoque excuſationes ad eumdem pariter deferantur .

DECRETUM VII.

De Officialibus Synodi .

Ut hæc Synodus legitimè convocata , miniſtrorum pariter opportunitate dirigatur ; Idcircò officiales in ea ſtatuimus juxtà ſeriem infraſcriptam.

Officiales ſunt .

PROMOTORES

V. I. D. D. Auguſtinus Maſcambruno Cantor , & Parochus hujus Cathedralis Cariatenſis .

D. Dominicus Scerra Theſaurarius , & Parochus alterius noſtræ Cathedralis Geruntinenſis .

SECRETARIJ

D. Andreas Biſignani Canonicus Pœnitentiarius , & Parochus hujus noſtræ Cathedralis Cariatenſis .

D. Franciſcus Guaraſci Canonicus alterius noſtræ Cathedralis Geruntinenſis .

Digitized by Google

NOTARII

D. Abb. Thomas Marullo Archipresbyter Terræ ſcalæ
D. Dominicus Abbas de Roſa Parochus Cuccurii.

PROCURATORES CLERI

D. Archangelus Olivieri Decanus Parochus Cathedralis *Eccleſiæ Geruntinenſis.*

D. Cataldus Abbas Venneri Archidiaconus hujus Cathedralis *Eccleſiæ Cariatenſis, V.J.D., Protbonotarius Apoſtolicus.*

CONFESSARII

Omnes Parochi, Archipresbyteri, aliique, ſivè ſeculares, ſivè Regulares Sacerdotes à nobis in utraque Diœceſi ad excipiendas Sacramentales Confeſſiones approbati.

THEOLOGI

V.J.D. & Sac. Theol. Profeſſor Dominus Carolus Abbas Galli Vicarius Generalis utriuſque Diœceſis.

V. I. & Sac. Theol. Doctor D. Nicolaus Curto Canonicus Theologus, Parochus Cariatenſis.

Pater Fr. Dominicus à Rendis Ord. Prædicatorum Baccalaureus Theologus noſter Ordinarius.

ADVOCATI

Mag. V. I, D. Marcus Venneri, V. I. D. Antonius Federici

MAGISTER CÆREMONIARUM.

D. Auguſtinus Pignola Canonicus Parochus *hujus* Cathedralis *Cariatenſis.*

COADIUTORES

D. Antonius Pignola Præſbyter Cariatenſis.
D.*Dominicus Romei* Præsbyter *à Belvederio.*

OSTIARII

Magnifici Petrus Criſtaldi, Joannes *Baptiſta Jaſuſilli, Antonius Chiriaci, Nicolaus Maſcambruno, & Dominicus Venneri.*

Quibus ut ſupra lectis V.J.D.D. Auguſtinus Maſcambruno Cantor, & Parochus dictæ Cathedralis Eccleſiæ Cariaten. cappa indutus ad Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Dominum acceſſit, & profundè inclinatus inſtitit prò lectione decretorum Tridentini. De Profeſſione fidei, & de reſidentia *ut ſequitur.* *Re-*

Reverendiſſime Pater, & Domine. Sacroſancta Tridentina Synodus ſpe-
„ciali ſua cōſtitutione decrevit,ut quicumque beneficia Eccleſiaſtica obtinent,
„ & Synodo adeſſe tenentur,quo primum tempore hæc habebitur,eique inter-
„ fuerint fidei poſſeſſionem emittant,nec non, ut in Epiſcopalibus Conciliis
„ Decreta de reſidentia publicentur;Idcircò Ego U.J.D.Auguſtinus Maſcam-
„ bruno Cantor, & Parochus hujus Cathedralis , ac hujus Synodi Promotor
„ ſubmiſſe poſtulo , ut illæ conſtitutiones publicè perlegantur,undè ij quibus
„ iſta præcipiunt cuncta poſſint obedienter præſtare

Dominus Epiſcopus reſpondit: Legantur Decreta de profeſſione Fidei *per Reverendum Decanum Geruntinum* , Decreta verò de reſidentia *per Reverendum Archidiaconum Cariatenſem , prout de facto per ipſos lecta fuerunt ad omnium intelligentiam . Iiſque lectis dictus Dominus Secretarius Canonicus Pænitentiarius è Pulpito eodem Illuſtriſſimo , & Reverendiſſimo Domino Epiſcopo ſedente indixit .*

„ Univerſi , qui poſtquam Eccleſiaſtica Beneficia obtinuerunt , Nondum
„ in Synodo fidem profeſſi ſunt in medium procedant,& genuflexi antè Illu-
„ ſtriſs. Dominum eam profiteantur, prout omnes in medium proceſſerunt,
„ & genuflexi antè dictum Illuſtriſs. Dominum illam profeſſi ſunt ſequen-
„ ti formula , quam alta voce legit è Pulpito dictus Dominus Secreta-
rius.

F O R M A

Profeſſionis Fidei .

„ Ego N.Firma Fide credo , & profiteor omnia , & ſingula, quæ continen-
„ tur in Symbolo fidei , quo Sancta Romana Eccleſia utitur , videlicet.Cre-
„ do in unum Deum Patrem Omnipotentem factorem Cœli,& Terræ viſibi-
„ lium omnium, & inviſibilium.Et in unum Dominum Ieſum Chriſtum Fi-
„ lium Dei Unigenitum . Et ex Patre natum antè omnia ſæcula . Deum
„ de Deo,lumen de lumine,Deum verum de Deo vero . Genitum, non fa-
„ ctum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt ; Qui propter
„ Nos homines , & propter Noſtram ſalutem deſcendit de Cœlis . *Et incar-*
„ *natus eſt de Spiritu Sancto ex Maria Virgine , & Homo factus eſt* . Cruci-
„ fixus etiā pro nobis ſub Pontio Pilato paſſus, & ſepultus eſt. Et reſurrexit
„ tertia die ſecundum ſcripturas.Et aſcendit in Cœlum ſedet à dexteram Pa-
„ tris.Et iterum venturus eſt cum Gloria judicare vivos , & mortuos , cujus
„ Regni,non erit finis , & in Spiritum Sanctum Dominum, & vivificantem
„ qui ex Patre,filioque procedit . Qui cum Patre , & Filio ſimul adoratur ,
„ & conglorificatur , qui locutus eſt per Prophetas . Et unam Sanctam Ca-
„ tholicam , & Apoſtolicam Eccleſiam . Confiteor unum Baptiſma in re-
„ miſſionem peccatorum , & expecto reſurrectionem Mortuorum . Et vi-
„ tam venturi ſæculi Amen .

Apo-

Digitized by Google

„ Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas traditiones; reliquaſve ejuſdem Eccleſiæ
„ obſervationes, & Conſtitutiones firmiſſimè admitto, & amplector, Item
„ Sacram Scripturam Juxtà eum ſenſum, quem tenuit, & tenet Sancta Ma-
„ ter Eccleſia, cuius eſt judicare de verò ſenſu, & interpretatione Sacrarum
„ Scripturarum admitto; Nec eam unquam niſi juxtà unanimem conſenſum
„ Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque ſeptem eſſe verè,
„ & propriè Sacramenta novæ legis à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta,
„ atque ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis neceſſaria,
„ ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Ex-
„ tremam unctionem, Ordinem, & Matrimonium; Illaque gratiam confer-
„ re; Et ex his Baptiſmum, confirmationem, & Ordinem ſinè ſacrilegio
„ reiterari non poſſe. Receptos quoque, & approbatos Eccleſiæ Catholi-
„ ce Ritus in ſupradictorum omnium Sacramentorum ſolemni adminiſtrà-
„ tione recipio, & admitto omnia, & ſingula, quæ de peccato originali, &
„ de juſtificatione in Sacroſancta Tridentina Synodo deffinita, & recipio.
„ Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium
„ Sacrificium pro vivis, & Defunctis. Atque in Sanctiſſimo Euchariſtiæ
„ Sacramento eſſe verè, realiter & ſubſtantialiter Corpus, & Sanguinem,
„ una cum Anima, & Divinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, fierique con-
„ verſionem totius ſubſtantiæ Panis in Corpus, et totius ſubſtantiæ vini in
„ Sanguinem, quam converſionem Catholica Eccleſia tranſubſtantiationem
„ appellat. Fateor etiam ſub altera tantum ſpecie totum, atque integrum
„ Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi. Coſtanter teneo Purgatorium
„ eſſe, animaſque ibi detentas fidelium ſuffragiis juvari: ſimiliter, et San-
„ ctos una cum Chriſto regnantes venerandos, atque invocandos eſſe, eoſ-
„ que orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias eſſe veneran-
„ das; Firmiſsimè aſſero imagines Chriſti, ac Deiparæ ſemper Virginis, nec-
„ non aliorum Sànctorum habendas, & retinendas eſſe, atque eis debitum
„ honorem, ac venerationem impertiendam.
„ Indulgentiarum etiam poteſtatem à Criſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illa-
„ rumque uſum Chriſtiano Populo maximè ſalutarem eſſe affirmo. Sanctam
„ Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam omnium Eccleſia-
„ rum Matrem, & Magiſtram agnoſco; Romanoque Pontifici Beati
„ Petri Apoſtolorum Principis Succeſſori, ac Ieſu Chriſti Vicario, ve-
„ ram obedientiam ſpondeo, ac juro. Cætera item omnia à ſacris Ca-
„ nonibus, et Œcumenicis Conciliis, ac præcipuè à Sacroſancta Tri-
„ dentina Synodo tradita, definita, et declarata indubitanter recipio,
„ atque profiteor: ſimulque contraria omnia, atque hæreſes quaſcumque
„ ab Eccleſia damnatas, et rejectas, anathematizatas, ego pariter damno,
„ reiicio, et anathematizo: Hanc veram Catholicam fidem extrà quam ne-
„ mo ſalvus eſſe poteſt, quam in preſenti ſpontè profiteor, & veraciter te-
„ neo, eamdem integram, & inviolatam uſque ad extremum vitæ Spiritum

coſtan-

Digitized by Google

„ conſtantiſſimè (Deo adiuvante)retinere,& confiteri,atque a meis ſubditis,
„ vel illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, &
„ prædicari quantum in me erit curaturum, *Sic me Deus adiuvet, & hæc*
„ *Sancta Dei Evangelia*.

Illuſtriſſimus Dominus Epiſcopus, quoniam Synodus Diæceſana eo *uſque celebrata, non fuerat in hac prima ſua Synodo eamdem profeſſus fuit, ut conveniens erat in ſuo faldiſtorio genuflexus, Canonicis* Diacono, *& Subdiacono aſſiſtentibus, & antè eum Evangelium tenentibus pro juramento præſtando cæteris de Clero propter reverentiam ſtantibus, juxtà formulam breviorem ſequentem*.

„ Ego Ioannes Andreas utriuſque Eccleſiæ noſtræ Epiſcopus promitto,
„ ſpondeo, profiteor, deteſtor, anathematizo, voveo, & juro juxta profeſſionis
„ Fidei Formulam ex Bulla Fel. record. *Pii Papæ IV.* ſingula ſingulis, congruè
„ referendo, *ſic me Deus adiuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia*.

Et ſucceſſivè bini, terni, quaterni ad Dominum Epiſcopum accedentes genuflexi juraverunt ſuper expoſitis Sacroſanctis Evangeliis ſuper menſa ante ipſum poſita, & primo Dignitates, & Canonici, poſtea Archipreſbyteri, & Parochi, aliique Beneficiati, & Vicarii Foranei, quo ſequitur modo

„ Ego idem NN. ſpondeo, voveo, ac juro, *ſic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia*.

Et tandem attenta tarditate horæ d.D. Franciſcus Canon. Guaraſci Synodi Secretarius acceſſit ad Dominum Epiſcopum, a quo accepit poteſtatem indicendi continuationem ſeſſionis poſt Veſperas, *& ad talem effectum ſequens Decretum legit*.

„ Reverendiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus D. Ioannes Andreas Tria
„ Epiſcopus Geruntinus, & Cariatenſis in hac Diœceſana Synodo Præſidens
„ indicit continuationẽ ſeſſionis hodie hora vigeſima Veſpertina in qua fiet
„ nominatim vocatio Cleri; Ideoque monentur omnes, & ſinguli hora ſtatu-
„ ta ad illam convenire.

Poſthæc facta à R. D. Dominico Scerra Theſaurario, & Parocho Geruntinenſi Synodi Promotore Inſtantia contra contumaces abſentes, & prò rogitu omnium, & ſingulorum hucuſque peractorum, Illuſtriſs. Dominus Syndo benedixit forma conſueta: Sit nomen Domini benedictum &c. *abſque publicatione Indulgentiarum, & diſceſſit utroque Capitulo ſequente*.

Continuatio ejuſdem Primæ Seſſionis

Hora Veſpertina.

Data hora vigeſima, *Illuſtriſſimus Dominus, præcedente Clero, & eum ſequentibus Dignitatibus, & Canonicis ad Cathedralem deſcendit, ibique*

ſe-

Digitized by Google

facta oratione antè Sanctiſſimum Sacramentum, & etiam in Altari majori Thronum aſcendit, undè Veſperis initium dedit, interim Pontificaliter cum Pluviali, ſe induit, Canonici, & Dignitates ſe veſtibus ſacris pararunt, ut de mane, qui ordo ſervatus fuit in aliis ſeſſionibus ſubſequentibus, etiam Veſpertinis, & cantatis Veſperis, baculum Paſtoralem ad manus habens progreſſus fuit una cum Diacono, & Subdiacono ad Altare majus, illudque aſcendit, & ibidem ſupra faldiſtorium, ut de mane ſedens Diaconus cum pauſa inter ſingula aliquantulum interiecta canendo propoſuit tria ſolita capita Orationis mentalis, *quibus propoſitis, Dominus Epiſcopus genuflexus omnibus aliis pariter genuflexis cum Mitra oravit*, prout in Capitibus Orationis, *& poſteà ſurgens dixit Orationem*: Adſumus Domine: *ex Pontificali Romano, quibus dictis, R. Pater Fr. Dominicus Tavano Lector, & Prædicator Generalis Ordinis Prædicatorum, ac Prior Conventus Sanctæ Mariæ de Succurſu Oppidi* de Caccurio, *Sermonem habuit ad rem valdè utilem, & deinde D. Dom. Theſaurarius Scerra unus ex Promotoribus Synodi omnibus ſedentibus, antè Illuſtriſs. Dominum inſtitit, ut infrà.*

,, Rm̃e Pat. & Domine. Cum ſancitum ſit à Concilijs Generalibus, &
,, præcipuè à Concilio Tridentino, ùt omnes Eccleſiaſtici viri, qui de jure, vel
,, de conſuetudine Diœceſanæ Sinodo, etiam quoad cætera exempti intereſſe
,, debent, & ſi negligentes fuerint incurrant pœnas à Sac. Canonibus San-
,, citas. Ut igitur inobedientes deprehendantur, Ego D. Dominicus Scerra
,, Theſaur. Geruntinus, & Synodi Promot. peto ab Amplitudine Veſtra Re-
,, verendiſſima, ùt jubeat Clerum totum de more vocari

D. *Epiſcopus reſpondit*: vocari mandamus:

D. Franciſcus Guaraſci Can. Geruntinus Synodi Secret. vocavit omnes, & quidem primò Capitulum Geruntinenſe, & Cariatenſe *mixtim, putà unum de uno, & alterum de altero Capitulo, & ſic ſucceſſivè per ordinem*, ea præmiſſa declaratione, *Vt de mane decretum fuit*, quod nemini per hoc ullum intelligatur illatum præjudicium, Cariatenſes *deferendo capitularibus* Geruntinenſibus tanquã exteris in d. Eccleſia, deindè fuit vocatus Clerus Cariatenſis poſtea Seminarium Apoſt. Cariatenſe, & Geruntinenſe per nomina, & Cognomina diſtincta Officialium, Alumnorum, & Convictorum, IV. Rectores, Beneficiati, & Cappellani Civitatis Gerentiæ 5. Abbates, Rectores, Beneficiati, & Cappellani Civitatis Cariati, 6. R. Archipreſbyter, R. Parochus, & Clerus Oppidi de Caccurio, 7. Abbates Rectores, Beneficiati, & Cappellani de Caccurio, & inter ipſos cum omni reſpectu; *EM. ET REVERENDISS. D. D. INNICVS S. R. E. CARDINALIS CARACCIOLVS* EPISCOPVS *AVERSANVS, uti Abbas commendatarius, Sanctæ Mariæ Trium puerorum, ſeù della Nova vulgò nuncupat. della Paganella poſita in Territorio Caccurij*, 8. Rev. Archip., & Clerus Oppidi Scalæ, 9. Rectores, Beneficiati, & Cappellani eiuſdem loci, 10. R. Archipreſbyter, & Clerus Terræ de Verzino, 11. Rectores, Beneficiati, & Cappella-

ni

ni eiuſdem Terræ, 12. Rev. Archip.,& Clerus de Belvederio, nec non Abbates, Rectores, Beneficiati ibidem, 13. Rev. Archip. de Monte Spinello, & inſuper Beneficiati, & Cappellani de eodem loco, 14. Rev. Archip.& Clerus de Sancto Maurello, proùt quoq; Abbates Rectores, & Cappellani ibidem 15 .R. Archipresbyter, & Clerus Terræ Veteris, & pariter Abbates, Rectores, & Cappellani ibidem. Et ultimò Rev. Archip. & Æconomus de Savelli, *& omnes aſſurgentes, per Capitis inclinationem, vel genuflectendo reſpectivè verſus Dominum Epiſc. debitam obedientiam præſtiterunt.*

Et poſteà unus ex dictis Dominis Promotoribus verſus Dominum Epiſcopum profundè inclinatus inſtitit prò promulgatione Decretorum Synodalium, ùt ſequitur.

Reverendiſſime Pater. & Domine. Ut unicuique facile ſit exequi, quod „ exequendũ eſt, Ego V.J.D.D. Auguſt. Maſcambruno Cantor Parochus hu„ ius Cathedralis Eccleſiæ,& Promotor ſuppliciter inſto, ùt quæ amplitudo „ ſua Reverendiſs. prò recta Eccleſiæ Cariaten.,& Geront. gubernatione, aùt „ ſancita renovare, aut noviter ſancire judicaverit, promulgari jubeat, undè „ Clerus hic præſentis omnium obſervantiam, & in ſe recipere valeat, & præbere.

Epiſcopus reſpondit: promulgari jubemus.

Quocircà dict. Dominus D. Carolus Abbas Galli utriuſque Diœceſis Vicarius Generalis acceſſit ad Illuſtriſſimum Dominum, & eidem detulit duos Quinterniones conſtitutionum, & Decretorum Synodalium, quos Dominus Epiſcopus tradidit Synodi Secretariis, & aſcenſo Pulpito exindè clara, & intelligibili voce, Decreta, & Conſtitutiones Synodales fuerunt lecta, & promulgata, quæ poſt Invocationem nominis Sanctiſſimæ Trinitatis incipiunt à verbis: Iuſtus ex fide vivit *uſque, & per totum* Capit. 2., *ubi* de Sacramento Baptiſmatis Tit. 2. *ubi terminant:* poſt primum partum.

Quibus lectis, attenta tarditate horæ, fuit terminata lectio, & dicti duo Quinterniones, videntibus omnibus fuerunt coram Domino Epiſcopo obligati in quadam cartella ſigillo ejuſdem Domini Epiſcopi in cera hiſpanica impreſſo munita & nobis prò eorum conſervatione conſignata, & per Nos Synodi Notarios fideliter retenta; Quibus peractis de ejuſdem Epiſcopi mandato, ut ſequitur fuit indicta altera ſeſſio pro ſequenti die.

R̃mus in Chriſto Pater, & Dom, D. Ioannes Andreas Tria Epiſcopus „ Cariatenſis, & Geruntinus in hac Diœceſana Synodo Præſidens. Cum; ea „ omnia, quæ pertractanda, & agenda ſunt in hac prima Seſſione expedire „ nequiverit, aliam Seſſionẽ decernit, & indicit in proximè ſequentem diem „ hora decimatertia, ac propterea monentur omnes, & ſinguli ad illam convenire.

Et tandem, incuſatis contumaciis ad inſtantiam Promotoris Synodi

C

con-

contrà contumaces abſentes, *& facta inſtantia ab eodem pro rogitu actorum Dom. Epiſcopus ſurgens è ſuo Faldiſtorio eum Mitra ſolemnem benedictionem*, *abſque Indulgentiarum publicatione* Synodo *dedit*, *& diſceſſit*, *ut mane*.

SESSIO II.

A mane die Lunæ 18. Martii 1726.

Poſt horam decimam tertiam *Illuſtriſs. Dominus*, *ut die antecedenti in in Cathedralem deſcendit*, *& in Throno ſe induit pro miſſa* de Requie, *quam cantauit cum unica oratione*. Deus qui inter Apoſtolicos, *& alia*, *ut in Miſſali in prima miſſa*, ſequentia *cantata fuit ex organo à muſicis Cathedralis*: *Poſt miſſam*, *cantatum fuit ex eodem Organo Reſponſorium longum*: Libera me Domine: *& alia peracta fuere de more*, *ipſeque Dominus Epiſcopus abſolutionem peregit conſuetis paramentis nigri coloris indutus*, *& Mitra ſimplici uſus*.

Poſteà verò depoſitis prædictis nigris indumentis, *ſicut prima die aſſumpſit paramenta ſolita cum pluviali*, *mitra*, *& baculo intonata fuit Antiphona*: Propitius eſto: *& cantatus fuit* Pſalmus 78. Deus venerunt gentes: *dixit ex Pontificali orationem*: Noſtrorum tibi Domine: *Et cantato Evangelio*. Deſignavit Dominus: *ut heri*; *Poſtea intonatus fuit Hymnus*: Veni Creator Spiritus: *Eoque finito*, *& dicto Domino Epiſcopo ſedente*, *Pater Lector Frater Paulus à Caſanova Vicarius Conventus Verzini Ordinis Prædicatorum ſermonem habuit ad Patres Synodales elegantiſſimum*, *& in ſupradictis actionibus ſervatæ fuerunt omnes cæremoniæ*, *ſicut die antecedenti*, *& ſucceſſivè* Promotor *Synodi inſtitit pro proſequutione lecturæ* | *Decreterum* Synodalium, *ut ſequitur*.

Reverendiſs. Pater, & Domine. Cum ea, quæ decreta ſunt à Reve„rendiſſima Aplitudine tua vix legi cæpta in prima ſeſſione, non potuerunt „propter temporis anguſtiam abſolvi; Idcircò nè tantum opus remaneat im„perfectum, Ego V.I.D.D. Auguſtinus Maſcambruno hujus Cathedralis Ec„cleſiæ Cantor, & Parochus, & Synodi Promotor peto, & inſto, ut eorun„dem tenor proſequatur.

Dominus Epiſcopus reſpondit: Proſequatur.

Tunc acceſſimus Nos *ad dictum Illuſtriſſimum* Dominum *cum cartella*, *& per ipſum ſub oculis omnium*, *ſedentem in Faldiſtorio*, *facta recognitione ſigilli*, *& deſigillata dicta cartella ultimum Quinternionem ex dictis duobus*, *& alterum præſtitum à dicto Domino Vicario Generali fuerunt conſignati*, *& proſequuta lectura conſtitutionum*, *& Decretorum è Pulpito ad claram omnium intelligentiam*, nempè cap. 3. ubi de Sacramento Confirmationis Tit. 2. *incipien.* Chriſtus Dominus: *uſque & per totum*

cap. 5.

cap. 5. ubi de Indulgentiarum evulgatione, & earum uſu Tit. 3. *in quo finit*: niſi per Papam hoc expreſſe concedatur: *Facta autem lectione dictarum conſtitutionum, & Decretorum dicti tres Quinterniones fuerunt in dicta Cartella obſtricti, & ſigillo Illuſtriſs.* Domini *in cera hiſpanica impreſſo muniti, & Nobis pro eorum conſervatione, ut fuit factum heſterna die conſignati; Et tandem factis conſuetis inſtantiis per unum ex Synodi Promotoribus prò contumaciis contra abſentes, & prò actorum rogitu per unum è Synodi Secretarijs indicta fuit continuatio* Seſſionis *videlicet.*

Reverendiſs. in Chriſto Pater, & Dominus &c. *ut die antecedenti, qui Illuſtriſs. Dominus data ſolemni benedictione diſceſſit ſimiliter, ut die antecedenti.*

Continuatio ejuſdem Secundæ Seſſionis
hora Veſpertina.

Omnibus expletis, ut antecedenti die in continuatione ſeſſionis, & facto Sermone ad Synodi Patres valdè apto per U. J. D. D. *Franciſcum Abbatem Verricilli Archipresbyterum, & Parochum hujus Cathedralis, ac aliis præmiſsis uſque ad reiteratam* Promotoris *Inſtantiam, quæ fuit ut ſequitur.*

Reverendiſs. Pater, & Domine. Neque in præcedenti Seſsione licet
„ diuturna, Decreta omnia hujus Synodi publicari potuerunt; Quapropter
„ Ego Synodi Promotor inſtanter rogo, ut eorumdem continuationem, at-
„ que lecturam amplitudo Veſtra Reverendiſs. præcipere dignetur.

Dominus Epiſcopus reſpondit: continuetur: *Et ità acceſſimus* Nos Synodi Notarii *ad dictum Illuſtriſs. Dominum, per quem facta recognitione ſigilli in dicta cartella, eaque deſigillata tres Quinterniones, qui in ea erant obſtricti conſignavit Synodi Secretariis, cum aliis duobus Quinternionibus, qui eidem* Domino *Epiſcopo delati fuerunt per* D. *Vicarium Generalem, &* à Tit. 4. cap. 1. de Sacroſanct. Eccleſ., ubi de cultu, & reverentia eiſdem debita *incipiens.* Domus Dei: *proſequuta fuit lectio per dictos Dominos Secretarios uſque, & per totum* Tit. 6. cap. unic. ubi de vita, & honeſt. Clericor., *quod terminat*: diſcedere audeat à Noſtris Dioeceſibus; *& facta publicatione dictarum Conſtitutionum, Quinterniones prędicti fuerunt obſtricti in dicta* Cartella, *& more ſolito ſigillati, & ſucceſſivè nobis traditi. Quibus peractis Illuſtriſs. Dom. Synodo benedixit, & diſceſſit, facta priùs ſolita inſtantia per Promotorem prò contumaciis contra abſentes, & prò actorum rogitu, & pariter lectum fuit hoc ſequens decretum ante diſceſſum ordine ſuo, ut factum fuit heſterna die.*

Reverendiſs. in Chriſto Pater, & Dominus D. Joannes Andreas Tria
„ Epiſcopus Gerunt., & Cariatenſis in hac Dioeceſana Synodo Præſidens.
„ Cum ea omnia, quæ pertractanda, & agenda ſunt, nec etiam in hac ſe-
„ cunda Seſſione expedire nequiverit, aliam proindè ſeſſionem indici in pro-

ximè ſequentem diem de mane hora decima tertia, ac propterea monentur omnes, & ſinguli hora ſtatuta ad Illam convenire.

SESSIO III.

A mane die Martis 19. Martii 1726.

In hac tertia Synodali Seſſione omnia, ut in præcedenti peracta fuerunt: *Dominus Epiſcopus miſſam planam de* Sanctiſſima Trinitate *cum oratione* pro gratiarum actione *ſub unica tantum concluſione in eodem Altari majori celebravit: Antiphona* : Exaudi: *Pſalmus* 68. Salvum me fac: *Oratio* : Ad te Domine : *Evangelium à Diacono cantatum* : Si peccaverit in te : *Hymnus* : Veni Creator Spiritus: *Et ad Clerum alloquutus fuit R. Pater Fr.* Joannes *Baptiſta à Rendis Capuccinorum Lector, & Ordinarius in eadem Sacratiſsima Quadrageſima Concionator in dicta Cathedrali, & unus ex dictis Promotoribus inſtitit.*

Reverendiſſime Pater, & Domine. Sicut Reverendiſs. Amplitudo „Veſtra novit adhùc quamplura Decreta,& Conſtitutiones publicanda re-„maneant; Propterea ut Deo adjuvante optatum finem aſſequamur. Ego „V.I.D.Auguſtinus Maſcambruno Cantor, & Parochus hujus Cathedra-„lis,& Synodi Promotor ſuppliciter Inſto lecturę curſum continuari.

Dominus Epiſcopus reſpondit : Continuari. *Et ſic facta recognitione, & apertura Cartellæ Quinterniones prò dicta lectura fuerunt conſignati una cum ultimo alio Quinternione delato per dictum* Dom.*Vicarium Generalem, & primo lecta fuit* Conſtitutio Sanctiſſimi Domini Noſtri D.BENEDICTI PAPÆ XIII., *quæ incipit:* Romanus Pontifex: qua mandatur, ut in Italia, & Inſulis adiacentibus Parochis defunctorum, qui in Eccleſiis quorumcumque Regularium tumulabuntur quarta funeralis perſolvatur; *Et deindè proſequuta fuit lectio dd.* Decretorum,*ac eorũ divulgatio,& publicatio è Pulpito* à Tit.7.cap.1. De bonis,& juribus Deo dicatis: ubi de eorum adminiſtratione, & adminiſtratoribus, *quod incipit* Bona Summo Deo dicata: *uſque, & per totum* cap. 2. ubi de Vicar. Foran. Tit. 9. & ultim., *quod terminat:* Sancitum fuit. *Et deindè fuit indicta continuatio ejuſdem ſeſſionis, prout ſequitur.*

Reverendiſs. in Chriſto Pater, & Dominus D. Ioannes Andreas Tria „Epiſcopus Cariaten.,& Geruntinen. in hac Diœceſana Synodo Præſidens „indicit continuationẽ ſeſſionis hodie hora 20. Et propterea inſtantiùs mo-„nentur omnes, & ſinguli ad illam convenire.

Et accuſatis ſolitis contumaciis,ac præmiſſa inſtantia pro rogitu Dominus Synodo benedixit, & diſceſſit remanentibus prædictis ſex Quinternionibus in manibus noſtris,ut in ultimo ipſorum regiſtrarentur decreta electionis Iudicum, *& Examinatorum Synodalium, ac eorum nomina, & co-*

gno-

gnomina, prout factum fuit per ſolitum mananenſem me D. Dominico Abbate de Roſe Parocho, & Synodi Connotario præſente, lectis tamen ultimis Decretis Synodi, quæ poſtea, ut ſupra fuerunt regiſtrata in Aula Illuſtriſſimi Domini coram utroque Reverendiſſimo Capitulo, ibidem convocato, ut in alio inſtrumento &c.

Continuatio tertiæ Seſſiónis
hora Veſpertina

Poſt Veſperas *peractis omnibus, ut die præcedenti, & facta concinntula per R.P. Fratrem Dominicum à Conſentia Ordinis Prædicatorum de familia Conventus* S. *Dominici de Verzino lingua latina, prout fuit factum per alios Sacros Oratores, & tandem facta ſequenti inſtantia.*

Reverendiſs. Pater, & Domine. Modicum adhuc tempus expendendum remanet prò coronide præſentis Synodalis actionis in evulgatione aliorum quinque Capitulornm, nempe cap. 3. de Iudicib. Synodalib. cap. 4. de Examinatorib. Synodalib. cap. 5. de Teſtib. Syncdalib., cap. 6. de Miſſar. reduct., & cap. 7. & ult. de Conſtitutionibus Synodalibus; Idcircò, ut metam attingamus, & ad concluſivos actus deveniamus, inſtanter rogo, ut Amplitudo Veſtra Reverendiſs. dignetur decernere, ut quod reliquum eſt, perlegatur.

Illuſtriſſimus Dominus reſpondit. quod ſupereſt perlegatur.

Et lecto d. Cap. 3. ubi de Judicibus Synodalibus.

Illuſtriſſimus Dominus verſus ad utrumque Capitulum, & Synodum dixit: Placent nè vobis? *Et reſponderunt.* Placent.

inſuper lecto d. Cap. 4. ubi de Examinatoribus Synodalibus.

Dictus Illuſtriſſimus Dominus verſus ad utrumque Capitulum, & Sinodum dixit: Placent nè vobis? *reſponderunt*: Placent.

Deindè lectum fuit dictum Cap. quintum de Teſtibus Synodalibus, *eoque perlecto Synodi Secretarius ſubdit.*

Accedant ad Illuſtriſs. & Reverendiſs, Dominum Examinatores electi, & coram eo ex præſcripta formula Juramentum præſtent tactis Sacroſanctis Evangeliis, Teſtes autem jurabunt ſecretò in manibus Illuſtriſſimi Domini, vel ejus Vicarii Generalis, *& ità acceſſerunt ſinguli Examinatores electi*, & ſuper Sacroſanctis Evangeliis juramentum præſtiterunt *ſequenti forma*.

„ Ego N.N. Examinatoris Officium, quod ſuſcipio, ſpondeo, voveo, ac juro me quacumque humana affectione poſpoſita fideliter, ac ſincerè quantum in me erit exequuturum. *Sic me Deus adjuvet, & hæc Sanctorum reliquiæ*.

Quibus, ut ſupra peractis continuata fuit lectio dictorum alior. Capitulor., nempè cap. 6. ubi de miſſar. reductione, & Cap. 7. & ult. de

Con-

Conſtitutionibus Synodalibus, *& tandem Illuſtriſs. Dom. reaſſumendo omnes difficultates ſparſim in actibus, & ſeſſionibus Synodal. factas, eaſque explicuit, multaſque gratias fecit, aliaque patravit ad omnium ſatisfactionem, ut in rogitu actorum poſt Synodales conſtitutiones poſito*. Et tandem dictum fuit per eumdem Illuſtriſs. Dominum verſus ad Synodum quid igitur, licet ad id, non teneamur. Placent ne vobis? reſponderunt omnes: Placent, Placent. *Et ſubſcriptis Decretis, & Conſtitutionibus Synodalibus*, primò per dictum Dominum Epiſcopum, deindè per utrumq; Capitulum, ac per Parochos, & Archipresbyteros, Vicarios Foraneos, & Æconomos utriuſque Diœceſis, & tandem per Reverendum Patrem Fratrem Dominicum à Rendis Theologum Synodi, *non curatis aliorum ſubſcriptionibus, ac facta inſtantia prò multandis abſentibus*.

Dominus Epiſcopus reſpondit: Multandos eſſe decernimus.

Promotor *ulterius inſtitit prò dimiſſione Synodi ſequenti Inſtantia.*

Reverendiſs. Pater, & Domine: Omnibus jam Deo adjuvante pera-
,, ctis, atq; ad exoptatum finem feliciter adductis illud ab Amplitudine tua
,, Reverendiſs. Ego D. Dominicus Scerra Theſaurarius, & Parochus Gerun-
,, tinus hujus Synodi Promotor humillimè peto, ut ſi videbitur Synodum
,, concludat, & cum paterna benedictione ad propria dimittat.

Secretarius item è Pulpito de mandato Illuſtriſs. Domini legit hoc ſequens.

DECRETUM

De Synodi Dimiſſione.

Nos Ioannes Andreas Tria Epiſcopus Geruntinus, & Cariatenſis in hac Diœceſana Synodo Præſidens ad Dei Omnipotentis, ac Deiparæ ſemper Virginis Mariæ, & Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli Titularium hujus Eccleſiæ Cariatenſis, Sancti Theodori Martyris Titularis alterius noſtræ Cathedralis Eccleſiæ Geruntinenſis, & Sanctorum Leonardi, & Cataldi hujus Civitatis Patronorum, & aliorum, aliarumque Eccleſiarum noſtrarum utriuſque Diœceſis Titularium, & locorum Patronorum laudem, & gloriam, primam hanc noſtram Synodum pro utraque Eccleſia, & Diœceſi ſub eorundem auſpiciis hactenùs legitimè Congregatam dimiſſam, & abſolutam eſſe decernimus, ac tenore preſentium denunciamus, & cuique poſt noſtram Epiſcopalem benedictionem licitum ſit ad proprias Eccleſias, ſuaque loca regredi. Hortamur autem vos Fratres & Filii dilectiſſimi, de quo enixiùs, totiſque viſceribus Dominum deprecamur, ut talis veſtrum quiſque munere, ac moribus, vitæque innocentia, ac ſalutis animarum zelo in poſterum fidelibus oculis, tanquam lux in excelſo prælucere

ſtu-

Digitized by Google

ſtudeat, ut ex hac Synodo uberrimum in Domino fructum vos ipſos reportare prorsùs intelligant.

Et unus ex Promotoribus, ulterius inſtitit pro rogitu omnium, & ſingulorum huc uſque actorum, videlicet.

Reverendiſs, Pater, & Dom. Ut eorum, quæ Divina Favente Clemen-
„ tia in hac Diœceſana Synodo Præſidente Amplitudine Veſtra Reverendiſ-
„ ſima ad Omnipotentis Dei gloriam, animarumque ſalutem acta ſunt legi-
„ timum Teſtimonium in omne tempus habeatur, Ego V.I.D.D. Auguſti-
„ nus Maſcambruno Cantor, & Parochus huius Cathedralis, Synodi Promo-
„ tor humiliter inſto mandari D. Thomæ Abbati Marullo Archipræsbytero
„ Scalæ Author. Apoſtolica Notario, & D. Dominico de Roſe Parocho Cac-
„ currii Notario Apoſtolico, & præſentis Synodi Connotariis, ut publicum,
„ & ſolemne de his Synodalibus actionibus, prout moris eſt Inſtrumentum,
„ vel Inſtrumenta conficiant, & ad perpetuam rei memoriam illud, vel illa in
„ Epiſcopali Archivio conſerventur.

Illuſtriſſimus Dominus reſpondit: Conficiatur inſtrumentum:

Deindè idem Promotor, ad Synodi Notarios converſus dixit.

„ Ego Synodi Promotor rogo vos D. Thomam Abbatem Marullo Archi-
„ presbyterum Terræ Scalæ, & D: Dominicum Abbatem de Roſe Parochum
„ Caccurrii Apoſtolica Authoritate Notarios, & Synodi Connotorios, ut
„ de omnibus, & ſingulis, ut ſupra peractis unum, vel plura conficiatis
„ Inſtrumenta.

Et nos Synodi Connotarii ſupradicti ibidem præſentes diximus: Prompti ſumus.

Et ità à mè prædicto D. Thoma Abbate Marullo Archipresbytero Scalæ Connotario, ut ſuprà lectum fuit Inſtrumentum rogitus ſuper actis Synodi.

Quibus ità peractis, Illuſtriſſimus Dominus intonuit: Te Deum Laumus.

Quo cantato ſolemniter per Muſicos in Organo, è Faldiſtorio idem Illuſtriſsimus, & Reuerendiſsimus Dominus cum Mitra ſolitis peractis gratiis, omnibus genuflexis ſolemnem dedit benedictionem, & hac vice ſucceſſivè per D. Archangelum Oliuerio Decanum; & Parochum Geruntinum publicatæ fuerunt Indulgentię quadraginta dierum in forma conſueta.

Et tandem Diaconus aſiiſtens alta voce dixit: Recedamus in pace: *Clero reſpondente*: In nomine Chriſti.


Et Illuſtriſsimus Dominus Pontificalibus depoſitis cum cappa diſceſſit, eumque comitatus fuit totus Clerus, utrumque Reverendiſſimum Capitulum, nec non Magnifici Laurentius Campana, Franciſcus Covello, Paulinus Curto, Sindicus, Magiſter juratus, & Electus reſpectivè de Regimine hujus Civitatis, & cum ipſis Mrgnifici Oſtiarii, proùt aliàs convenerunt in

di-

dictis actionibus eundo, & redeundo, *dict. Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus ab eiſdem cum omni pace, & quiete, & aliàs prout in dicto rogitu per nos ſtipulato in fine ſequentium* Conſtitutionum, *& Decretorum Synodalium, & ita &c. omni &c.*

Finis Methodi.

Actorum Primæ Diœceſanæ Synodi Geruntinenſis, & Cariatenſis.



SERMO INSTRVCTIVVS

HABITUS

AB

Illuſtriſsimo, & Reverendiſſimo in Chriſto Patre, *& Domino*

D. JOANNE ANDREA TRIA

EPISCOPO CARIATENSI, ET GERVNTINENSI

AD SYNODUM

Die 17. *Martii* 1726.

Aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem Fratrem ejus, & duxit eos in Montem excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt antè eos. Hodiernum Sacroſanctum Evangelium ſecundum Matthæum. 17.

IAm edixi vobis (*Venerabiles Conſacerdotes*) meis primis Paſtoralibus literis, ad vos datis, meæ Sacroſancto Conſecrationis Die, cujus ſextum Anniverſarium, hodie concelebramus, jàm inquam, edixi vobis, quantum contremui ad vocem illam Apoſtolicam, quæ auribus meis tàm ſeriò intonuit, dùm virium mearum imbecillitatem ad onus etiam Angelicis humeris formidandum evocavit, meque pro grege Chriſti; ac pro animabus ſuo pretioſo Sanguine Redemptis, excubitorem coſtituit.

Et quidem, non incaſſum: Etenim quamvis mè, non latuerit, quod *Epiſcopali munere, nihil ſit ſublimius*, & ille talis ſit ordo, taliſque Dignitas, ut Deus omnipotens, qui in ſui diſpoſitione, non fallitur, *Epiſcopos, omnibus preferat, non ſolum*

Regibus, & Imperatoribus, ſed etiam Angelis, & Archangelis, Thronis, & Dominationibus, Imò cum ea ſit participatio quædam infinitæ illius bonitatis, quam Chriſtus Dominus libertatis noſtræ vindex, & aſſertor aſſumpſit, tum cum in reparationem humani generis incubuit, Chryſoſtomus, & unus, ac alter Gregorius *rem divinam appellant*, nihilò tamen mihi certius erat quam quod, ut ait Auguſtinus, *nihil difficilius, nihil laborioſius, nihil periculoſius Epiſcopi officio*. Ad ipſum ſiquidem pertinet animarum cuſtodia, & ſi lapſa fuerit anima una ex ſibi commiſſis, *dabit animam pro anima*; Duriſſimum profectò judicium iis, qui præſunt, & ut optimè teſtatum reliquit, Ivo Carnotenſis: *Quid eſt Epiſcopatus, niſi cruciatus, quid eſt hic honor niſi onus, quid eſt hæc ſublimitas, niſi naufragoſa tempeſtas*. Undè, & Sanctus Joannes Chryſoſtomus, onus Epiſcopalis officii vocat *Pelagus laborum, & curarum abyſſum: Omnium, enim Domos, illius vigilia defendit, omnium otium, illius labor, omnium delicias, illius induſtria, omnium vacationem illius occupatio*.

Epiſcopus namque, ut reſpondeat nomini, quod gerit totus in eo eſſe debet, ex Divo Hieronymo ad Nepotianum, *ut vigilet, ut paſcat, ut exploret, utque jugiter ſuperintendat Gregi Chriſti*: Hinc S. Bernardus ad Eugenium, inquit; *Conſidero gradum, & caſum vereor, conſidero faſtigium Dignitatis, & intueor faciem abyſſi jacentis deorſum: Attendo celſitudinem honoris, & è vicino periculum reformido*; Et propterea juremerito S. Vincentius Ferrerio dixit, quod *Nunquam animarum curatores cum gaudio viverent, ſi onus, quod ſupra ſe portant verè cogitarent*. Et nihilominus licèt huic ponderi graviſſimo, me virtutibus, meriti ſque imparem undequaque agnoverim: Voluntati tamen ejus, qui omnia gubernat pertinaciter reſiſtere nullatenus fas eſſe putavi.

Factus igitur ex Dono Dei, & Secundum diſpoſitionem virtutis ejus Miniſter Evangelii, & conſtitutus ſponſus utriuſque Eccleſiæ meæ, ac ſpeculator ſuper muros ejus, ſtatim hàc hoc onus ſuſcepi eò animum meum converti: ut nihil à me prætermitteretur; *Unde Deo gloria, mihique concreditis Diœceſibus non vulgaris enaſceretur utilitas*. Et quoniam Sacri Paſto-

ris

ris eas eſſe partes animadverti, nullis, ut potiſſimum paceret laboribus, nihilque humanæ gratiæ daret; dum Dei cauſa ageretur: Hanc mihi viam ineundam duxi; ſpe factus, hinc à Deo, tantum mihi auxilii tribuendum, ut emendarem errata, quæ hominum, vel culpa quidem, vel ſocordia, majora in dies committi poſſent, confortatus præſertim veſtris præcibus, & orationibus, quas Deo effundere, meis ſupra relatis primis Paſtoralibus literis, vos in Domino rogatos volui. Niſus itaque firmiter fui, ut Patre luminum adiuvante, *deperdita acquirerem, quæ deflexa dirigerem, alligarem confracta, ſolidarem vacillantia, & quæ bona eſſent, ſervarem, & in ſtatum meliorem adducerem*.

Qua de re, ob oculos propoſui, mihi infelicem hominis conditionem, qui ob prave facta, magnas incidit in ærumnas; cum ſæpe declinans à ſalutari divinorum, & humanorum mandatorum tramite, ac per lubrica incedens, lapſum ſibi molitur, & interitum. Hac ergò de cauſa dùm ſeſe antiquarum legum jugo ſubductum, enixè, atque artificiosè contendit, quæ pro temporum neceſſitate ſancita fuerant, alias leges, tempori, loco, Perſonis, rebus convenientes ferre, vel eas innovare, aut inſoletas ad uſum reducere opus eſt, ut refractarii, ac ſuave Chriſti jugo, ſe excuſſos præſumentes, ſuis alligentur vinculis, & currant, qui ceſſabant, quique ceſpitabant, gradu libero incedant, utque ſiquando prolabantur eruantur è cęno; Quippè oportet, qui veteribus legibus, ut antiquatis, & diſruptis, ſe ſolutum contendit, & aliis alligari patiatur.

Hinc factum, ut prò eo lumine, ac ductu quibus à Spiritu Sancto, Eccleſia ſua edocta, hæc perpendens, tanquam nihil opportunius à ſuis primordiis uſa fuerit Patrum convocatione, quę tot hęreſes, totque mala, quę eam peſſundaverant extinxit, & radicitùs eliminavit, & hac eadem de cauſa in Sacro Concilio Tridentino pręſertim ſancitum fuit, *ut quotannis ab Epiſcopis Diœceſana Synodus celebraretur*, hoc ſcilicet pacto, ut quod eorum requirit officium, iis malis poſſent occurrere. Quam, & ego ad hunc eumdem effectum co-

gere diù exoptavi, quod tamen variis, & diverſis tribulis, ferè oppreſſus, variiſque cauſis prępreditus, non ſinè cordis mei ſummo merore adimplere, non potui; At verò cum id diutius protrahi, animus meus, non pemittat, huc vos proindè advenire, ac omnium veſtrum conſeſſum in hac Sancta Synodo convocare decrevi.

Agamus ergo intimo cordis affectu *Venerab. Conſacerdotes* agamus, inquam, innumeras gratias Cæleſti Patri luminum, qui, in illuminatione vultus ſui adverſus poteſtates tenebrarum benigniſſimè propugnavit, noſque in hac diù exoptata Diœceſana Synodo congregare dignatus ſit, & quod Montem hujus Sacroſancti Altaris, me una vobiſcum aſcendere, eamque celebrare, ſua divina providentia permiſerit, & pro ſaluberrimo mentium noſtrarum documento trasfigurantes nos ab homine vetere per preſentes conſtitutiones, Decreta, leges, & monita, novum induamus hominem, & pro noſtra & concreditarum animarum felicitate ad alacriter capeſſendam vitam æternam, impigro labore, ferventiquo zelo incumbere ſatagamus: *Aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem Fratrem ejus, & duxit illos in Montem excelſum ſeorſum & transfiguratus eſt ante eos.*

At fortè ſi quis inquirat circa quod verſabitur hęc noſtra Diœceſana Synodus? Jam meis Edictis generalibus ſufficienter indui, *ut ſcilicet fidem Catholicam Sarctam, tectam ſervemus, tum ut cultum divinum propagatum conſpiciamus, tum, ut Eccleſiaſticam Diſciplinam, ubi collapſa eſt, reparemus, tumque, ut animarum ſalutem expeditiorem reddamus.*

Et quid nùm fortè novis legibus, noviſque conſtitutionibus, & Decretis, ac jugo novo colligabimus? Non, inquam, abſit, abſit omninò, ſed, ut plurimum, quę ſtatuere, vel monere decreverimus, nonniſi decerpi, volumus, quam ex decretis, ordinationibus edictis, & pręceptis, tum per noſtros Prędeceſſores emanatis, aut ex eorum conſtitutionibus Synodalibus deſumptis, tùm per nos factis, ex quo hanc noſtram ſuſcepimus Paſtoralem curã in noſtris viſitationibus, & dum ſingulas pluries quaſque inviſimus Eccleſias, loca, &

Per-

Digitized by Google

Perſonas utriuſque Diœceſis. Etſi alias pro Spiritus Sancti illuſtratione nobis in Domino viſum fuerit, nunquam tamen recedendum ducimus à Sacris Canonibus, Bullis Pontificiis, Conſtitutionibus Apoſtolicis, Sanctorum Patrum placitis, & Sacrarum Congregationum decretis, quibus etiam antea quiſque vinctus tenebatur, & tantummodò per diligentiam, & authoritatem noſtram ea in unum in hac noſtra Synodo, tempori, loco, perſonis, & rebus convenientia proponere, & cujuſque uſu dirigere, & accomodare intendimus. *Iugum enim Dei unum eſt, & ſuave*, à quo neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram ulli declinare permittitur, quodque quilibet Legislator, ſivè Eccleſiaſticus, ſive Princeps laicus ſit, in ferendis legibus, & Conſtitutionibus, imitari, eidemque omninò inniti oporteat, itaquod totum, id, quod extrà illud eſt, aut ejus rationi diſſonum, futile, inane, & nullius momenti conſtitutum legimus, à quo tanquam flumina à mare, omnes alię leges, & jura promanant, *per me Reges Regnant, Principes imperant, & legum conditores juſta decernunt*.

Vt autem prædicta, quę convocato omnium veſtrũ conſeſsu, unicè deſideramus, feliciter conſequamur, rogo vos per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, ea tamen auctoritate, quam Chriſtus Dominus *ex ſua Divina Providentia*, dedit mihi ſuper animas cujuſque veſtrum, quos huc convocavi, huc adveniſtis, hic ſtatis, aut conſeditis, ut omni humana ratione, atque reſpectu poſtpoſito, omninò detegatis, ea, quæ huic magno operi incumbunt, & ſcelerum noxias detegito, & cum eis culparum radices, quæ mala, quivè committantur defectus, qui vel contra noſtram ſanctam Fidem, fortè accidunt, & eam illibatam, non ſervant, vel Dei culto prajudicium inferunt, Eccleſiaſticam Diſciplinam deſtruunt, mores corrumpunt, quæ fortè vos deprehendiſtis effundite, & citra ullum timorem, quæ vidiſtis, quæ adnotaſtis, liberè panditè, ut admota ad radicem manu, prout opportunitas tulerit, noſtris decretis, noſtriſque Conſtitutionibus, & Legibus opportunè comminuantur, ſuccidantur, & extirpentur.

Nec

Nec vos in ferendis ſuffragiis, ſive in legibus decernendis, ubi veſtro utendum ſit ſuffragio, aut Conſilio, veſtrique requiratur conſenſus intempeſtivus pudor invadat: ingenuè, ut ſummis meis precibus oro, & obreſtor, ingenuè dicite, quæ quæ ſentitis, verba animo, cordi voces, menti lingua reſpondeat: Ah vos ne decipiat quæſo omni loquitate deteſtabilius, ſilentium? providete nè verbis Iſaiæ Prophetæ quæri vobis in extremo mortis diſcrimine contingat: *ve mihi, ve mihi, quia tacui*: Deferte igitur ad Epiſcopum animarum veſtrarum, licet peccatorem, quæ occurrunt, quæ ſua proviſione, quæ væ ſua indigent reparatione, ut malis omnibus occurratur in tempore.

Interim verò quiſque veſtrum, clericus, in Sacris conſtitutus, aut Sacerdos; Parochus præſertim, Canonicus, vel Dignitas ſit, qui cætero quin ſunt gaudium, & corona mea, quiſque veſtrum, repetam, *conferat in corde ſuo, expendat exquirat*, quæ ipſos concernit, quantum ad interiorem hominem formandum, & adque ad proximi ſalutem teneatur: Clericatus enim, non ſolum ſeipſum, ſed, & Proximum reſpicit, qui ut ſibi & proximo ſuo attendat præceptum Domini eſt *Attendite vobis, & univerſo gregi*: Sibi certè Eccleſiaſtici attendere debent, & proximi ſalutem æternam, totis viribus procurare; opus eſt tamen, ut ſibi ipſis priùs incumbant.

Quando enim Eccleſiaſtici, qui in firmamento Eccleſiæ aſtra ſunt principaliora, ut illuminent diem, ac noctem, diſſidioſa vita obtembrantur, Populus, qui ab eis lumen accipere debet, tenebras contrahit; Prava vita eorum, Laicis eſt occaſio ruinæ; Nam dum pravi ſunt, quomodo alios corrigere audebunt, aut quomodo poterunt in viam diſciplinæ eos dirigere; Oportet, ut regula recta ſit, deindè, cætera, ſibi, admota poterit exequare: ſimiliter, qui aliis præeſt, poſtquam ſeipſum direxerit, vitamque ſuam compoſuerit, poterit coaptare eos, quibus imperat, *nec enim cadentis eſt erigere, nec ignorantis docere, nec incompoſiti componere, nec inordinati coordinare, nec imperare ejus eſt, qui non paret Imperio*.

Audiamus, audiamus quæſo hac de re, quid referat Thomas

mas Cantipratenſis. *Clericus quidam in Synodo Epiſcoporum prędicare compulſus, anguſtiabatur, non parum, quidnam dignè poſſet coram tot Prælatis proponere; at ubi cogitabundus in oratione, quid faceret, venit ad eum Diabolus, & dixit ei quid anguſtiaris iſtis Clericis prædicare?* Dicas eis iſtud, et non aliud: *Principes Infernalium Tenebrarum, Principes Eccleſiæ ſalutant: Læti omnes nos gratias eiſdem deferimus, quia cum ipſis eorum nobis afferuntur ſubditi, & per eorum negligentiam ad nos devolvitur totus pariter fere mundus:* opus eſt ergo, ut Epiſcopus, ut Parochus ſibi, & Populo ſuo attendat, & alias cum ipſis eorum ſubditi, & per eorum negligentiam totus pariter ferè mundus ad inferna devolvitur, prout ex Dei juſſione, Diabolus ſupra enunciato Clerico retulit, & ipſe in dicta Synodo, quę fuit celebrata Pariſiis coram omni Clero, & Populo anno Incarnationis 1248. prædicta recitavit, & ad orrorem maximum cunctorum corda promovit.

Et non propterea ab hoc eodem onere liberi cenſendi ſunt alii Eccleſiaſtici, qui animarum Curatores non ſunt: Nam non dubitandum, quod ſi non omnes eodem modo ad animas Chriſto lucrifaciendas vincti in Domino ſimus *Majus certè vinculum habet Epiſcopus, quam Parochus, majus Parochus, quam ſimplex Sacerdos, quodqve de ſimplici Sacerdote ad Clericum reſpectivè refertur.* Omnes tamen hoc Chriſti, licet ſuave jugum ad ipſi lucrandas animas trahere tenemur, *Omnes enim unum facimus corpus, itaut alii caput agant, alii verò pedum operationem induant, omneſque ad dictum effectum in vinea Domini operarij conſtituti ſumus: ſicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent, ità multi unum corpus ſumus in Chriſto*, ut ait Sanctus Paulus, *Singuli autem alter alterius membra, operantes in vinea Domini, ſecundum gradum, qui datus eſt nobis ſivè prophetiam, ſecundum rationem fidei, ſivè miniſterium in miniſtrando, ſivè qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando qui tribuit in ſimplicitate, qui præeſt in ſollicitudine, qui miſeretur in hilaritate.*

Et reliquum eſt, ut horum Sacrorum Comitiorum felicem exitum à Deo, à quo omne donum perfectum, aſſiduè precemur; ad quod impetrandum recurramus ad patrocinium

nium Sanctorum Apoſtolorum Petri,& Pauli hujus noſtræ Catedralis Eccleſiæ Castaneſis Titularium, necnon S.Theodori Martyris alterius noſtræ Cathedralis Geruntinenſis, ſimiliter Titularis, & Sanctorum Leonardi, & Cataldi Patronorum huius Civitatis, qui ſuper noſtros labores, vigilias, & ſollicitudines noſtras, acta, & Decreta præſentis Synodi eorum intercesſionibus, cæleſtem à Deo implorent benedictionem, offerentes ante Thronum Agni librum, ſigillis ſeptem, perpetua ſcilicet obſervantia obſignatum.

Vos igitur Sancti noſtri Titulares, vos inquam protectores Sancti ſub umbra alarum veſtrarum protegite nos, & prò hac prima noſtra Diœceſana Sancta Synodo veſtro nomini dicata, & quam ſub veſtro auſpicio indiximus, & modò celebramus ante ſolem juſtitiæ ſiſtere dignemini, quatenus Spiritus Sancti lumine impetrato, feliciter incipiat, feliciter proſequatur, & pari voto abſolvatur.

Ad hoc autem, ut Chariſmatum donis digni efficiamini expurgate vos iterum, atque iterum rogo, ſi quod in vobis eſt vetus confermentum; ut per hanc transfigurationem ſitis nova conſperſio, & novo homine induamini, ſi veterem nondū depoſuiſtis, ac unuſquiſque veſtrum ſecundum propriam vocationem per veritatis, & juſtitiæ ſemitas greſſus ſuos dirigat, Deo per omnia placens, & non modo fidelibus, ſed, & præprimis vobis quamdam vivendi regulam exhibite. In vita veſtra legatur, quid agi; quidve vitari conveniat. Ex labiis vetris verba otioſa, non affluant. Clericalem linguam diſcreti ſilentii cenſura compeſcat, non loci ſolvant, non pectus veſtrum lætitia immoderata concutiat: Puerilis ludus abſcedat, mordax eloquentia, urbana dicacitas, evaneſcat, caveantur ſcurrilia verba, nec aliquando miſceantur fabuloſa colloquia, quomodo enim ex ore eorum, qui ſtant in circuitu menſæ Domini & Altaris Miniſterio principaliter ſunt addicti, oratio ad Deum munda dirigitur, quod videlicet pravi ſermonis ſordibus inquinatur. Aût quomodo inter Deum

&

&hominemlingua mediatrix effici poteſt,quæ ex proprio reatu, iram Iudicis, & ipſa meretur *Incaſſum quippè reus ſupplicationibus utitur, ſi interceſſor ipſe culpabilis invenitur*, ut nobis omnibus, uno ore honorificantibus Deum, & in Spiritu timoris ejus, ambulantibus, triſtitia cordis noſtri, transferatur in gaudium, & intacta,atque illibata *omnia ad majorem Dei gloriam, ad ſalutem animarum noſtrarum, ad augmentum cultus Divini*, integrum e ſententia ſuccedant. Hæc noſtri muneris partes expoſuunt, hoc ſollicitudo noſtra expectat.Idque indictus veſtrum Conventus avidiſsime exoptat, & Chriſtus Dominus Supremus Paſtor ad interceſsionem, Sanctorum noſtrorum Tutelarjum, et Patronorum per ſuam infinitam miſericordiam concedere dignetur.

Digitized by Google

Digitized by Google

CONSTITUTIONES, ET DECRETA
EMANATA
IN DIOECESANA SYNODO GEROTINEN., ET CARIATEN.
HABITA
IN SANCTA CATHEDRALI ECCLESIA CARIATENSI
Anno Domini MDCCXXVI.

Diebus 17. 18. & 19. Martii.

TITULUS PRIMUS.
CAPUT PRIMUM
De Fide, & Fidei Profeſſione

In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

I. IUSTUS ex Fide vivit *a*, & ſine Fide impoſſibile eſt placere Deo *b*. Ea enim, ut ait Chryſoſtomus lumen eſt animæ, oſtium vitæ, & fundamentum ſalutis æternæ: Et in Sacro Conc. Tridentino *c* cunctarum, dicitur, mater virtutum, & omnium bonorum radix: Accedentes autem ad Deum per fidem, ut ſibi complaceant, neceſſum habent ſcire, & credere, quæ ipſa veritas infallibilis Eccleſiæ ſanctæ ſuæ revelavit, & ut in ejus, Sacroſancto, & certo, non errantis judicio *d* conquieſcant, quodque ipſa crediderit, ſibi quoque credendi normam, fuiſſe præſcriptam, indubitantèr teneant.

a *Apoſtol. ad Galat. 3. 11.* b *Idem ad Hebr. cap. 11.* c *Seſſ. 6. de juſtif. cap. 8.*
d *S. Hieron. in cap. 4. Epiſt. ad galat.*

II. Et quia non ſolum corde creditur ad juſtitiam, ſed ore etiam confeſſio fit ad ſalutem *a*; Hinc eſt, quod Nos Sacri Tridentini Concilii diſpoſitioni *b* inhærentes, ipſam fidei Profeſſionem eiſdem fermè verbis, quibus juxtà formam à fel. record. Pio PP. IV. præſcriptam, Nos ipſimet, & univerſa hæc noſtra Synodus paulò antè, & in ejus principio publicè præſtitimus, ſolemnitèr profeſſi ſumus, eam quoque proindè ſub pœnis contrà contumaces in eadem Bulla contentis, aliiſque noſtro arbitrio reſervatis, ab infraſcriptis ſuo loco, & tempore emitti decernimus.

III. Fidei itaque profeſſionem, juxtà Sacrorum *c* Canonum, & Apoſtolicorum decretorum, & Conſtitutionum diſpoſitionem, qui emittere debent, ſunt ſequentes v3.

Primò. *Omnes de Clero recens Eccleſiaſticis de Beneficiis proviſi, aut Sacris Ordinibus initiati in prima Diœceſana Synodo celebranda.*

Secundò. *Dignitates, & Canonicatus obtinentes poſt ademptam poſſeſſionem, tum in manibus noſtris, aut noſtri Vicarii Generalis, tùm in Capitulo infrà bimeſtre:*

Tertiò. *Beneficia cum cura animarum habentes poſt ipſorum poſſeſſionem infrà dictum tempus, in manibus tantummodò noſtris, vel noſtri Generalis Vicarii.*

Quartò. *Quicumque alia Beneficia obtinentes.*

Quintò. *Novus Vicarius Generalis; Vicarii Foranei, Procuratores, & Promotores noſtri Epiſcopalis Fiſci, Cancellarius, & ſimiles Officiales noſtræ Curiæ.*

Sextò. Novi *Concionatores: novi confeſſarii, etiam Regulares.*

Septimò. *Exercentes publicè, vel privatim munus docendi Grammaticam, & hujus generis alij, qui ad id de iure tenentur, niſi aliàs hoc ipſi ſe præſtitiſſe compertum fuerit.*

IV. Et inſuper ſupradictum munus docendi exercentes *d* volumus, quod prævio eorum juramento, ſe obligent docturos, quæ decent ſanam doctrinam, non retenturos, explicaturos, nec alijs legendos tradituros libros prohibitos, aut quomodocumque ſuſpectos puritati fidei Catholicæ, vel bonis moribus adverſantes ſub pœnis, de quibus *hoc eod. tit. cap. ult. ubi de uſu librorum.*

CA.

---

a *Idem Apoſt. ad Roman. 10.*

b *Seſſ. 24 de Refor. cap. 12* c *Conſt. 88. quæ incipit, iniunctum idibus nov. 1564.*

d *Sac. Congr. apud Nicol. in Floſc. verb. Magiſter. num. 8.*

Digitized by Google

CAPUT II.

De Doctrina Chriſtiana.

I. SCientia ſalutis eſt adeò neceſſaria, ut ſine ea, nec viam vitæ invenire, nec mandatorum ſemitam currere poſſumus *a* : cum autem munus eam edocendi inter majora, Parochorum, & curam animarum habentium onera referatur, ipſos propterea per viſcera Jeſu Chriſti in Domino obteſtamur, ut omni animi alacritate, illud exerceant, cujus præcipuè in tremendo Dei Judicio ab ipſis reddenda erit ratio.

II. Parochi itaque utriuſque noſtræ Diœceſis, quibus animarum cura imminet, per ſe, & non per ſubſtitutos, niſi legitimè fuerint impediti omni diligentia, & vigilantia præceptum à Sacro Concilio Tridentino *b* ipſis arctiùs injunctum, omnibus diebus Dominicis, & Feſtivis de præcepto, crebriùs verò per Adventum, & Quadrageſimam Pueros, & rudes prima rudimenta fidei, ac erga Deum, & Parentes obedientiam edocendi adimpleant, & in hac tam ſalutari, & neceſſaria eruditione omnem operam, & ſtudium adhibeant, convocando per ſe, vel per Clericos, aliosque in Sacris conſtitutos, prædictis diebus poſt prandium ad Doctrinam Chriſtianam Pueros, & alios rudes.

III. Quoſque Pueros, & Puellas, alioſque rudes benignitèr excipiant, eoſque ſuo ordine, & loco per Eccleſiam diſpoſitos, Fœminas ſemper à maribus ſeparatas, cum omni charitate inſtruant in fidei rudimentis, & Doctrina Chriſtiana ex libello quem clar. mem. Cardinalis Bellarminus edidit, & fel.rec. Clemens PP. VIII. approbavit.

IV. Quod quidem munus, *c* non per tranſennam, & oſcitantèr adimpleant, ſed omni, qua decet diligentia, attentione, & charitate, & quam frequenter moneant, obſecrent, & increpent Patres familias, heros, Tutores, & omnes alios, qui eorum curam gerunt, ut memores propriæ obligationis non patiantur filios, ſibique ſubditos ea ignorare, quæ ad ſalutem ſunt neceſſaria, ſed ad earum rerum inſtructionem illos ſtatis temporibus mittant.

V. Quod ſi pro quarta *d* vice iidem Patres familias, heri, Tutores, & omnes alii ſupradicti, qui aliorum curam gerunt non obtemperaverint, eos Parochi, & Confeſſarii à pœnitentiæ, & communionis Sacramento arceant, & hac de cauſa interrogent Parochi, & Confeſſarii ipſos an eorum obligationi ſatisfecerint, dùm ſuas Sacramentales confeſſiones excipiunt.

Me-

a 1. *Corinth.* 4. 5. b *Seſſ.* 5. *cap.* 2. & *Seſſ.* 24. *de Reſor. cap.* 4. *S. Pius V. conſt.* Ex debito · *quám ampliavit Gregor. XIII. conſt.* 30. *Octobris* 1572.

c *Ex Conc. V Provincial. mediolanen S. Caroli tit. de Doctr. Chriſt & litt. circularib. S. Cong. Conc.* 19. *Ian.* 1619. d *S. Cong. Conc. in una Æſina Synodi* 1683. *confirmat.* 16. *Febr.* 1695. *c d* 7. *Dub. apud Monacell. in ſupplem. ad tit.* 13. *for.* 6. *n.* 9. *&.*

VI. Meminerint quoque Parochi *a* non ſatisfacere proprio muneri quocumque modo illud exerceant; nam ſi aliquos repererint hebetioris ingenii, tenentur eos ſpeciali cura, & ſtudio, edocere, illoſque ſeparatos ab aliis, conſtituto ad id tempore opportuno accuratius inſtruere.

VII. Cum autem quamplures, etiam Adulti reperiantur, qui noſtræ, principaliora, ſidei, ſummæ ſcilicet Trinitatis, & Incarnationis Myſteria ignorent, & quod magis dolendum eſt cum cæteris inter aliis addiſcere verecundantur, idcircò æternæ illorum ſaluti conſulere quocumque modo cupientes, Parochis diſtrictè præcimus, & mandamus, ut infrà miſſam cantatam ſtatim poſt habitum ſermonem, *b* de quo infrà, alta voce, lingua materna Populo univerſo reſpondente, ſequentia paulatim cantando, edoceant ſub graviſſimis pœnis noſtro arbitrio reſervatis, ad quas omninò, & irremiſſibilitèr procedemus, ſi in hoc contumaces fuerint reperti.

Signum Sanctę Crucis
Myſteria Sanctiſſimę Trinitatis, & Incarnationis
Symbolum Apoſtolorum
Orationem Dominicalem
Salutationem Angelicam
Præcepta Decalogi
Præcepta Eccleſiæ
Septem peccata mortalia
Septem Sacramenta
Actum Contritionis
Actum Fidei, &
Actum Spei.

VIII. Non omittant Parochi *c* adhortari Puerorum Parentes, & eos, qui aliorum curam habent, & præſertim heros, & Tutores, & etiam Nos adhortamur, & admonemus, ut proprios filios, ſubditos, & quos habent ſub eorum cura, domi bonis moribus, verbis, & exemplis, inſtruant, atque ea, quæ ad Chriſtianam doctrinam pertinent, ſedulò edoceant, & quæ illos Parochi edocuerint, paſsim repetant.

IX. Volumus autem, ut in hac Cathedrali Cariatenſi, prout in Cathedrali Gerontinenſi, in quibus quamplures Dignitates, & manonici exercent curam animarum, quiſque oves ſuas proprias per loca, & non per familias diſtinctas agnoſcens, mūnus edocendi Doctrinam chriſtianam poſt prandium ſtatis prædictis diebus per turnum exequantur; prout quoque mandamus, ut in

a *Ex S. Aug. lib. de catechizand. rudib. cap. 13.*
b *Cit. Conc. ult. Roman. d. tit. 1. cap. 5. ex decret. S. Congr. Ep. ſcrp. 11. Ian. 1600. in Leſin. & juxtà d. lit. circul. d. S. Cong. Conc. de d. anno 1619.*
c *Cit. V. concil. Provinc. S. Carol.*

ut in Oppido Caccurii, ubi paritèr cura animarum in Matrici Eccleſia per Archypresbyterum, qui quaſi totam dicti Oppidi animarum curam habet, hoc adimpleatur onus, & Parochus in neceſſitatibus Archipresbyterum impeditum multoties in eo ſublevet.

X. Et licèt hic Cariati, vel alibi, aliqui ad docendam hanc ſcientiam ſalutis, quam Doctrinam Chriſtianam appellant vigore alicujus legati teneantur, meminerint tamen Parochi, & Archipresbyteri, eos fuiſſe deſtinatos ad ipſos ſublevandos, non autem exonerandos proprio, & præcipuo eorum munere; Qua de re *a* paſſim hoc ſupradictum munus edocendi doctrinam Chriſtianam poſt meridiem, modo tamen, & methodo ſupra deſcripta, Parochi, & Archipresbyteri ſi exercere omittant ſeriæ correptioni, ſe reddent obnoxios, ſi trium menſium ſpatio, ſuſpenſione à divinis punientur, ac eorum creſcente contumacia noverint ſe taliter negligentes, quod deputabitur ipſis Æconomus.

XI. Clerici, & ad Sacerdotium nondum promoti *b* in propriis Parochiis, & Eccleſiis, Parochos, & Archipresbyteros in dicto gravi munere coadjuvent, prout ipſis per Parochos, & Archipresbyteros fuerit injunctum, alioquin ad ulteriores Ordines, non promovebuntur, & ſciant hoc fore unum & requiſitis, in quo nullatenus diſpenſabitur, & probandum fore per atteſtationem ab eiſdem Parochis, & Archipresbyteris obtinendam.

XII. Etiam Ludimagiſtris juxtà diſpoſitionem Sacri Concilii Lateranenſis *c* ſtrictè precipimus, ut ſemel ſaltem in hebdomada præcepta Doctrinæ Chriſtianæ explicent in Scholis; & concionatores *d* paſſim in Quadrageſima, & Adventu feriis admonitionibus excitent, quos oportet exponendo eis, tum propriam obligationem, quam habent, ut eorum filii, & ſibi ſubditi in Doctrina Chriſtiana erudiantur, tum divinam ultionem à negligentibus expectandam.

XIII. Sedulo pariter invigilent animarum Curatores, ut nemo unquam niſi neceſſariis fidei Miſteriis inſtructus ad Pœnitentiæ Sacramentum, ut ſuo loco dicemus, aut prò Patrino in Baptiſmo, vel Confirmatione admittatur, eſt enim turpe, ut quæ quis ignoraverit, alios docere profiteatur, quam myſteriorum ſcientiam Parochus diligentèr, prudenterque ſecretis interrogationibus explorabit, ſi aliunde perſpectam, non habuerit, & hujuſmodi defectui ſalubriter occurrere curabit.

CA-

a Ex Trid. ſeſſ. 5. cap. 2. & ſeſſ. 24. de refor. cap 4. in fin. & juxta decr. Sac. Congr. Epiſcop. in Bergomen. 22. Nov. 1592. *b* Cap. ut quiſque de vit. & honeſt. Cleric. & ex IV. Concil. Prov. Mediol. S. Caroli p. 2. de Sacr. Ord. *c* Seſſ. 9. [illegible] ſub Leon. X. *d* Ex precit. litt. circular. d. S. Congr. Conc. de anno 1619. Conc. Mediol. S. Caroli p. 1. de Doctr. Chriſt.

CAPUT III.

De Divini Verbi Prædicatione.

I. HOc munus, quod primo in Republica Chriſtiana Chriſtus Dominus *a* exercuit, & idem commiſit Apoſtolis ſuis, cum eos miſit in mundum univerſum ad docendum omnes Gentes, & prædicandum Evangelium omni Creaturæ eſt ſummè neceſſarium. Fides autem ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti, quod non habetur niſi per prædicantem; Adeò quod Sacrum Concilium Tridentinum inter præcipua Epiſcoporum onera illud repoſuit, *b* ut & ji concionandi munus per ſe ipſos expleant, ſi legitimè impediti non fuerint; Et nos ubi poſſumus libentèr adimplemus.

II. Et idem Sacrum Concilium Tridentinum voluit inſuper, ut animarum Curatores itidem per ſe, vel alios idóneos, ſi legitimè impediti fuerint, diebus ſaltèm Dominicis, & Feſtivis ſolemnibus Populum ſibi commiſſum pro ſua, & eorum capacitate paſcant, docendo, quæ omnibus ſcire neceſſarium eſt ad ſalutem, & annunciando ipſis cum facilitate, & brevitate ſermonis, vitia quæ declinari, & virtutes, quas ſectari oporteat, ut pœnam evadant æternam, & cœleſtem conſequantur gloriam.

III. Curent ergo Parochi, & Archipresbyteri hoc munus, tam grave fideliter adimplere, prædictis ſtatis temporibus, per ſe, non autem per aliū, niſi legitimè fuerint impediti, & in Cathedralibus per turnum, in Archipresbyterali verò Eccleſia Caccurii per Archipresbyterum, quem Parochus in neceſſitatibus, aut legitimè impeditum, multoties ſublevet, prout edictum fuit, quoad Doctrinam Chriſtianam. *c*

IV. Caveant autem, & quiſque eorum caveat de contrario, aliàs punientur, *d* quibus ſupra ſtatutis pœnis contra Parochos, qui fuerint contumaces, quoad munus edocendi doctrinam Chriſtianam pueros, & puellas, alioſq; rudes poſt prandium ut dictum fuit capit. præced. de Doctr. Chriſt.

V. Non tamen ipſos concionari volumus in ſublimitate ſermonis, ſed eum facilem, & ad audientium captum, & brevem habeant ſupradictis diebus, aliiſq; feſtis de præcepto obſervati ſolitis. Et id de mane poſt lectū in Parochia-

libus

---

a *Canon. Ita diligent. 30. q. 3. can. vei ante omnia 105. de conſecr. diſt. 4. Conc. Aurelian. cap. 19.* b *Seſſ. 5. de ref. cap. 2. & ſeſſ. 24. de reform. in cap. 4.*
c *Præced. cap. de Doctr. Chriſtian. n. 2.* d *Hoc eod. tit. cap. 3. n. 10.*

libus, & Cathedralibus Eccleſiis Evangelium vitia, quæ declinari, & virtutes, quas ſectari oporteat, ſuis Parochianis denunciando, ad quod facilitandum utantur præſertim Cathechiſmo Romano prò Parochis potiſſimum impreſſo, ubi habetur dilucidus index Evangeliorum Dominicalium, & aliquorum fæſtorum dierum, quo demonſtratur quodnam ſit ejuſdem Cathechiſmi argumentum, ad quam partem cujuslibet Evangelii referri, & accommodari poſſit.

VI. Alii verò *a*, tùm Regulares, & quomodolibet exempti, tùm ſæculares, non audeant ſub quocumque prętextu, cauſa, aut quęſito colore in Civitatibus, & locis utriuſque Diœceſis ſub gravibus pœnis noſtro arbitrio reſervatis, ſine noſtra expreſſa licentia concionari, & eos ſine dicta licentia, Vicarii locorum, & in eorum abſentia Archipresbyteri, & Parochi, quorum ſit noſtras licentias, & literas Patentales recognòſcere, ſub pœnis noſtro arbitrio reſervatis ad concionandum, non admittant.

VII. Et Regulares, qui in Eccleſiis ſui Ordinis prædicare voluerint, priùs à Nobis benedictionem petant, & ſi eam concedere recuſaverimus, & contradixerimus ſub pœna excommunicationis, nequinus in eiſdem prædicare audeant ad præſcriptum conſtitutionum fel. record. Gregorii PP. XV. quæ incipit *inſcrutabili*, & Clementis PP. X. incipientis *ſuperna*.

VIII. Quos etiam Regulares monitos facimus teneri, & obligatos eſſe ad præſcriptum dictæ Conſtitutionis Clementis PP. *X.* hujuſmodi benedictionem petere, etiam ſi in quibuſcumque Oratoriis ſui Ordinis Sermonem coram Populo habere voluerint.

IX. Prædicatores omnes tàm ſeculares, quam Regulares, etiam quomodolibet exempti, antequam ſe ad hoc munus pro ſacratiſſimæ Quadrageſimæ tempore, exercendum, conferant, *b* coram nobis ſe præſentent, benedictionem, inſtructiones, & alia neceſſaria monita recepturos, & profeſſionem fidei emiſſuros, ſi eos idoneos reperiemus.

X. Cum ad locum deſtinatum pervenerint Concionatores diligenter, & prudentèr ſciſcitentur à Parochis frequentiora, & manifeſtiora illius Populi vitia, quæ ſemper generatim, & nunquam in particulari redarguantur, & eorum expleto munere ad Nos redeant, *c* & Nobis fidelitèr referant illius loci abuſus, & quęcumque reformatione indigere compererint, & pręſertim an Parochi ſuas adimpleant partes, ut opportunè providere valeamus.

XI. Antequam tamen huic Apoſtolico muneri initium dederint propriam conſcientiam per Pœnitentiæ Sacramentum exonerent, *a* ſib que cer-

F

a *Leo X. in d. Conc. Lat. ſeſſ.* 11. *Trid. Seſſ.* 5. *de ref. cap.* 2.
b *ead. conſt.* ſuperna *Clement. X.* §. 3
c *Cap. inter cætera. de offic. jud. ord.*

certum *a* vivendi particularem,religioſam, & Apoſtolicam vita inſtituant,ut Populo eorum exemplo,magis quàm verbis prædicent, & nè cum aliis prædicaverint ipſi reprobi efficiantur, & contra ipſos referantur, quæ per Prophetam dicuntur: Quare Tu enarras juſtitias, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum.

XII. Et meminerint ne divini verbi candorem *b* profano eloquentiæ fuco inficiant,ſed utantur argumentis, & rationibus depromptis ex divinis literis,& Sanctorum Patrum authoritate firmatis, nevè ſacram ſcripturam ad ſuos detorqueant ſenſus,contrà eum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Eccleſia, aut contrà unanimem Patrum conſenſum, nec miracula falſa publicent, *c* nec minus ad bonum finem, ut ajunt,& in proferendis ſententiis à veteri, & vulgata Bibliarum editione perpetuò Chriſtianorum uſu comprobato,non diſcedant.

XIII. Caveant *d* inſuper,ne Superiores Eccleſiaſticos, Parochos,Gubernatores,alioſque Magiſtratus ſeculares in publicis concionibus vituperent, vel reprehendant,& ſeriò advertant ſui muneris objectum eſſe, peccata omnium expugnare,animas de manu dæmonum redimere,& Dei gloriam comparare,non verò doctrinæ,aut in anis facundiæ oſtentationem affectare, & ſibi plauſum, & eſtimationem adiſcere.

XIV. Et propterea ad fabulas non convertantur, ut auribus pruriant auditorum,nè Sanctiſſimum Dei verbum rebus ridiculis reddant contemptibile,nevè verbis non minus vanis, ac ſupervacaneis utantur. Et omninò ſe abſtineant ab inutilibus quæſtionibus, & fabuloſis narrationibus,ex quibus deperditur pietatis profectus, ſed prò audientium captu prædicent Ieſum Chriſtum, & huc Crucifixum ad præſcriptum Encyclicarum literarum, quas de ordine San. mem. Innocentii PP. XI.,dedit Sac. Congreg.Concilii,ut in appendice præſentis noſtræ Synodi, quibus recens prædicationis modus à primævo Apoſtolorum inſtituto prorſus, aberrans,& gregi Chriſti exitioſus damnatur.

XV. Non audeant *e* ſuas facere eleemoſynas pro pauperibus commendatas, & cum noſtra licentia collectas. Nec publicare Indulgentias ſinè noſtro, vel noſtri Vicarii Generalis permiſſu: Ante ſolis ortum, *f* & poſt ejus occaſum nulla habeatur Sacra Concio, impoſita contrafacientibus pœna

a *S. Greg.lib.4 moral.cap.21.& lib.6.c.25.*
b *Leo X. in d. Conc. Lat.ſeſſ.* 11.
c *Novar. Summ. Bullar. comment.* 115. *num.* 16.
d *Leo X. in d. Conc. Lat. d. ſeſſ.* 11. & 1. *Conc.Prov.Med. S. Caroli hoc tit.*
e *Ex decr. S. Congr. Epiſcop. in Placentina* 20. *Jul.* 1719.
f *Ead. Sacr. Cong. apud Nicol. in floſc. verb. Prædicator. num.* 17.

na ſuſpenſionis,ab officio,ipſo facto incurrenda, & in ſubſidium excommunicationis.

XVI. Monemus autem locorum Vicarios, & Parochos,ut omnia in præſenti capitulo contenta debitæ exequutioni demandentur, concionatoribus, priuſquam hoc aggrediantur munus, legenda exhibeant,& ſi noverint,quod Deus avertat quemquam ex eis à prædictis noſtris mandatis aberrantem, ſtatim nos certiores faciant.

XVII. Dùm in Cathedralibus, Parochialibus, Archipresbyteralibus, aliiſque Eccleſiis habetur divinum verbum, *a* præſertim tempore Sacratiſſimæ Quadrageſimæ, & Adventus claudantur officinæ, Artifices ceſſent ab opere, & una cum operariis ad illud ſe conferant audiendum, quod eſt ſemen Dei; & centuplicat in cordibus noſtris, ut animarum ſaluti ſaltem eo acceptabili tempore conſulant, quod etiam præſtandum erit à Ludimagiſtris cum ſuis ſcolaribus, à Parentibus cum filiis, & ab aliis cum ſibi ſubditis,& famulis, nè iſtorum neglectæ emendationis, & educationis, pœnas à Deo juſto vindice cominciatas perſolvant,damnantes abuſum, quem irreptum reperimus aliquibus in locis utriuſque noſtræ Diœceſis,in quibus ſe abſtinent matres eorum filias nubiles ad audiendum verbum divinum ad Eccleſias conducere.

XVIII.Et hac de re monemus, & in Domino enixè ad hortamur locorum Gubernatores, eorumque Locumtenentes, & magiſtratus quoſcumque, ut tunc quoque temporis curia ſileat, & à foro ſe abſtineant, nec non otioſam Turbam à Plateis abiicere faciant,ut Sacris concionibus interſint, & ſi opus fuèrit,eos remediis opportunis cogant,& compellant.

XIX. Tempore quadrageſimali,& Adventus *b* Canonici, omneſq; alii ſervitio chori addicti Sacris Concionibus aſſiſtant eodem fermè habitu induti, quo divinis officiis interſunt in conſueto, aliter punctentur. Idem obſervent Parochi Sacerdotes,& Clerici Terrarum, & locorum utriuſque Diœceſis in eorum Eccleſijs tempore Sacrarum Concionum præenarrato,ut ſemper cum Cotta, & bireto aſſiſtant, & Parochi, prout quoque, & Archipræſbyteri ſupra cottam utantur etiam mozzetta violacei coloris, & tempore concionis *c*,non audeant miſſas celebrare, aut confeſſiones audire.

XX. Concionatores tam Sæculares quàm Regulares ab Univerſitatibus juxta deteſtabilem abuſum utriuſque Diœceſis pro tempore Quadrageſima-

a *Cit. Conc. Trid. d. Seſſ. 24. de reform. cap. 4. Barboſ. ad Trid. eod. loc. num. 15.*
b *Pignatell. conſult. 206. num. 61. tom. 4. D. Card. Petr. tom. 3. ad conſt. 1. Nicolai 111. num. 15. & ſeq.*
c *ad S. Cong. Conc. apud cit. D. Card. Petr. num. 17.*

li n ante Feſtum Epiphaniæ Domini legitima documenta Nominationis prędictę corā Nobis omninò præſentent, alias dicto tempore elapſo, pro illa vice Concionatores, ex jure devoluto arbitrio noſtro eligemus, ut pluries declaravit S. Congr. Concilii.

C A P U T IV.

De Explicatione Sacræ Scripturæ

U B I

De Præbenda Theologali.

I. DEcreto Sacro Sancti Tridentini Concilii, *b* nè cęleſtis ille Sacrorum librorum Theſaurus, quem Spiritus Sanctus ſumma liberalitate hominibus tradidit neglectus jaceat, cavetur, ut non ſolum in Metropolitanis, ſed etiam in Cathedralibus, ſi Civitas ſit inſignis, vel populoſa, præbenda theologalis, quando inſtituta, non fuerit inſtituatur omninò; Et hoc idem permaximè inculcat Sanctiſsimus Dominus noſter BENEDICTUS PP. XIII. *c*, ubi vult, ut Epiſcopi, iis cęteroquin expeditiſſimis mediis, utantur, quę in dicto Concilio Tridentino præponuntur, & aliis expeditioribus, eos uti mandat, adhoc, ut quam cito ipſam Theologalem erigant, & Sacræ Scripturæ lectio habeatur.

II. Qua de re cum ea in hac noſtra Cathedrali Cariatenſi erecta hucuſque minimè fuerit; conſiderantes Nos quantum utilitatis ſit illorum Sacrorum librorum explicatio, & quam incongruum, ut Cœleſtis ille Theſaurus neglectus jaceat, in hac Civitate, illam authoritate ejuſdem Sacroſancti Concilii Tridentini, *d* cum reſervatione Juriſpatronatus favore Venerabilis Cappellæ Sanctiſſimi Sacramenti, quæ eam propriis redditibus fundavit nupèr ereximus, & inſtituimus, cum omnibus honoribus, & oneribus ſolitis, & conſuetis, de quibus in Bulla *e* erectionis, et inſtitutionis per Nos factæ, cui robur præſentis confirmationis adjicimus, ſupplentes omnes, ſi qui forſan in ipſa irrepi contingat juris defectus.

III. Quò verò ad methodum obſervandam in exponenda Sacra Scriptura per Theologum, qui pro tempore fuerit, volumus, ut ea abſervetur, prout

a *In Narnien.* 24. *Febr.* 1652. *Theanen.* 14 *April.* 1685.
b *Seſſ.* 5 *de refor.cap.* 1.
c *In ſua Conſt.quæ incipit*, Paſtoralis Officii 19. *Maii* 1725.
d *Trid de quo ſup.*
e 13 *Mart.* 1726. *incipien.* Paſtoralis nos admonet:

Digitized by Google

prout ſequitur : *Lectores autem quicumque ſint, Divinas in Eccleſia Scripturas interpretantes hortatos volumus, ut cum non omnes Auditores ſint eodem ingenio præditi, clara, & prò ſingulorum captu dicendi ratione utantur, potiſſimumque monemus, ut maximum circa hoc miniſterium ea ipſis præcipuè ſit methodus, quatenus literati in unaquaque lectione Textus enarratione præmiſſa, duos minimorum ex eiſdem Sacræ Scripturæ locis proponant ſemper, ſolvant quæ queſtiones Hiſtorialem unam, moralem alteram, vel de noſtræ fidei articulis, & Sacramentis, vel de Catholicæ Eccleſiæ ritibus, eorumque myſteriis, vel aliis ad Sanam doctrinam & Chriſtianam inſtitutionem ſpectantibus, quæ humanæ nedùm eruditioni, ſed ſpirituali etiam valeant prodeſſe intereſſentium ſaluti.*

IV. Volumus autem, ut Canonicus Theologus, qui pro tempore fuerit expoſitionem Sacræ Scripturæ prò noſtro, & ſucceſſorum noſtrorum arbitrio, *a* etiam qnoad locum, & materiam in particulari determinandæ, non per alium, ſed per ſe ipſum faciat omninò, aliàs fructuum ſequeſtratione, & eorum aſſignatione de eiſdem alteri, qui ſuo loco legat proviſo punietur, & creſcente contumacia ad alias pœnas, etiam privationis ad formam juris, ſed per affixionem ad valvas in ejus abſentia deveniemus: Et ſi fortè ex aliqua rationabili cauſa per aliquod tempus per ſe id adimplere non poterit, Nobis, & ſucceſſoribus noſtris ad præſcriptum Sacroſancti Concilii Tridentini *b* ſubſtituti electionem, & deputationem reſervamus.

V. Dum verò Præbenda Theologalis vacat, ejus fructus applicari edicimus alicui Perſonæ, quæ munus legendi ſuppleat, vel dari alicui ex Canonicis, vel Dignitatibus ejuſdem noſtri Capituli, idoneo, ſi adſit in commendam, donec Titularis provideatur: ſed ſi Clericus ſæcularis idoneus non reperiatur, inhærendo Conſtitutionibus *c* Sancti Pii PP. V., & Gregorii PP. XIII., collationem Canonicatus hujuſmodi ſuſpendendam eſſe volumus, donec inveniatur Canonicus ſecularis ſi fieri poſſit.

VI. Et interim nullum eſſe fructus ipſius Canonicatus Cuſtodem, aut Curatorem deputandum, *d* ſed eos omnes ſuperiori alicujus Monaſterii tradendos, qui curet, ut aliquis idoneus Theologus ex ſuis Regularibus, dictam lectionem faciat, cui inprimis neceſſaria ſubminiſtrentur ex dictis fructibus, & ſi aliquid reliquum fuerit in ſui Monaſterii uſum convertatur; Et de cœtero Theologus *e* Regularis nihil aliud ſibi vindicare audeat, niſi

a *S.Congr.Conc.in Amerina Theologal.15 Mart.1710.ad 4.Urbinaten.16.Mar. 1663.Ripana 12.Ian.1692.Patavina 15.Iul. 1645.& in Brixien.11.Ian.15.*

b *cit.Trid.d.Seſſ.5.de refor.cap.1.*

c *Apud Barb.ad Trid.d.Seſſ.5.cap.2.num.12.& ſeqq.& alleg.56.num.15.*

d *S.Congr.Concil.apud D.Card.Petram tom.4 ad conſt.2.Innoc.VI.num.33.*

e *Apud Pirrum Corrad.Prax.Beneſ. lib.2 cap. 5. num. 7.*

nihil quod ei ſtatutum eſt,quo ſupra præfertur modo, deteſtata penitùs quacumque habendi ſtallum in Choro , vocem in Capitulo , aliavè conſimili prætenſione,ſed contentus ſit,ſolum de prædictis fructibus , prout ſupra dictum fuit.

VI. Gaudeat tamen Canonicus Theologus , *a* qui pro tempore fuerit vacatione à lectione præfata à Feſto Sancti Thomæ Apoſtoli uſque ad diem poſt Epiphaniàm, à Dominica ſeptuageſimæ, uſque ad primam Dominicam Quadrageſimæ,à Dominica Palmarum uſque ad totam octavam Paſchatis a Feſto Sancti Joannis Baptiſtæ ad diem quintam Novembris : At aliis diebus Dominicis eam ſemper habebit, & ob tenuem numerum Canonicorum pro hora lectionis ipſum eximimus ab officio Chori,non autem pro tota die nempè ſi fuerit de mane volumus , ut de mane ad illud,non teneatur, benè quidem de ſerò,prout quoque,ſi de ſerò ſequatur lectio , de mane ejuſdem diei ad officium Chori ipſum teneri decernimus.

VII. Eidem lectioni *b* Dignitates , & Canonici , omneſque alii ſervitio Chori addicti interſint , aliàs punctentur ; Clerici verò ſi non interfuerint ad alios ordines,non promovebuntur ; Item Regulares , qui Sacramentales Confeſſiones ſæcularium excipiunt , ſub pœna ſuſpenſionis ab audiendis confeſſionibus , uſque donec hæc ipſa lectio in eorum Monaſterio , non habeatur.

VIII. Nè autem finis Sacri Concilii Tridentini *c* in inſtitutione Præbendæ Theologalis, qui fuit,ut non ſolum Eccleſiaſtici , ſed omnes Chriſtifideles in lege Domini erudiantur fruſtetur;Monemus propterea omnes,& quoſcumque noſtræ Curæ paſtorali commiſſos , ut paritèr , & eidem lectioni interſint, & alias nullam habebunt coram Deo excuſationem , in die judicii, quod ipſis non fuerit, tempore opportuno fractus panis ſapientiæ, adeò neceſſarius ad noſtram ſalutem .

CAPUT V.

De Caſuum Conſcientiæ Conferentiis.

I. PRæceptum Domini eſt, ut ji qui in ordine ſunt Levitico, cuſtodiant ſcientiam : ipſi enim tenentur Populum in lege Domini inſtruere, & Dei Evangelium,non ſolum cuſtodire , ſed etiam aliis prædicare ; quod vè ex nominis etymologia ipſius Sacerdotis,quod ſacra docere debeat , ſatis oſten-

a *ut reſpondit S.Cong.Concil.in Aſſiſien.24.Ian.1626.*
b *S Cong.Conc.11.Iul.1620.*
c *Ead.ſ.ſſ.5.de refor.cap.1.*

Digitized by Google

oſtenditur: Et compertum, cum habeamus quantum ad id conferat caſuum conſcientiæ, & Sacrorum Rituum diſcuſſio, & collatio, ut non ſine animi noſtri ſolatio experti ſumus in hac Civitate, ubi cum potuimus ſemel in hebdomada coram Nobis, ex quo hanc noſtram paſtoralem curam ſuſcepimus, conſuetum fuit, præcipimus propterea, ut in hac Civitate, hoc idem ſemper ſervetur, quatuor, puta Julii, Auguſti, Septembris, & Octobris menſibus, dum taxas exceptis.

II. Et volumus, ut coram Nobis, vel noſtro Generali Vicario, vel alio per Nos Præfecto caſuum conſcientiæ eligendo, conveniant omnes Eccleſiaſtici, hoc eſt Clerici, ſacris initiati Canonici, & Dignitates, nec non Regulares, etiam, dummodò morales in eorum Conventu, lectiones, non habeantur, ſub pæna ſuſpenſionis ab audiendis confeſſionibus, ſemel in hebdomada, prout hactenùs ſervatum fuit, & contumaces, ſi fuerint ſervitio Chori addicti punctentur, Clerici verò, qui eidem conferentiæ, non interfuerint noſtro arbitrio punientur.

III. Hoc idem fieri precipimus in alia noſtra Cathedrali Eccleſia Gerontinenſi, & in omnibus aliis Eccleſijs Parochialibus utriuſque Diœceſis, in quibus fuerint tres Sacerdotes, hoc eſt, ut ſemèl in hebdomada, die Dominico, quo faciliùs colligi poſſint, conveniant in Sacriſtijs Eccleſiarum Parochialium reſpectivè, & ibidem duo tantum caſus conſcientiæ attentè, & diligentèr coram Pręfecto caſuum per nos deſtinando, qui eos ab una ad aliam conferentiam proponere debeat diſcutiantur, & abſentes in noſtra Cathedrali Gerentiæ ſi ſervitio Chori fuerint addicti, punctentur, alij vero prout ſervari mandamus in alijs locis utriuſque Diœceſis pæna granorum quinque pro qualibet vice per Vicarios locorum mulctari mandamus applicanda in beneficium earundem Sacriſtiarum reſpectivè, & quoad Regulares ſervetur ut ſupra *præcedent. n. 2.*

IV. Queſtionum ſubtilitatem, quæ potiùs ad ingenij obſtentationem, quàm ad veram doctrinam addiſcendam conferuntur evitare ſtudeant, ſed Præfecti caſuum conſcientiæ caſus proponant ad praxim potius conducibiles circà Sacramentorum adminiſtrationem, Eccleſiaſticam diſciplinam, Sacrorum rituum, & conſimiles materias juxtà methodum in appendice præſentis Synodi, apponendam.

V. Vnicuique ex Intereſſentibus licitum ſit ſuam ſententiam in caſuum Congregationibus proferre; Advertant tamèn, ut eam moderatè cum omni circumſpectione Inferiores Superioribus deferendo, proferant, ſine emulatione, & contemptione, & ubi non convenerint, ad nos, vel ad noſtrum Vicarium Generalem referant, reſolutionem ſuſcepturi.

Mi-

Digitized by Google

VI. Methodus verò, quæ in affiggendis pagellis caſuum conſcientiæ in Sacriſtijs ab una ad aliam conferetiam, ut quiſque ſuum habeat commodum, & ſtudium neceſſarium interim præmittere valeat, volumus ut ſervetur, prout ſervatur in hac Civitate, & eſt, ut ſequitur.

DE SACRAMENTO PÆNITENTIÆ

Diſcutietur in futura Conferentia, quæ erit Dominica proxima 24. *præſentis Menſis Martij* 1726.

Primò. *Quid ſit peccatum?*

Secundò. *In quo differt peccatum mortale à peccato veniali?*

RESPONDEBUNT

R. N. N.
Clericus N. N. — N. N. Præfectus.

VII ET ut promptiùs, & alacriùs ad hoc pium opus amplectendum, noſtri Eccleſiaſtici, & Regulares prædicti alliciantur, & eo liberiùs eidem caſuum congregationi interſint, quo ex hoc dono cæleſtis gratiæ conſpexerint ſe uberius refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis Eccleſiaſticis, tùm ſecularibus, tum Regularibus verè pœnitentibus & confeſſis, ſeu ſtatutis à Iure temporibus, firmum confitendi propoſitum habentibus, quotieſcumque in dicta caſuum conſcientiæ Congregatione, intervenerint, quadraginta dies de injunctis eis pœnitentijs, authoritate, qua in his fungimur ordinaria, præſentium tenore, miſericorditèr in Domino relaxamus.

CAP. VI.
De uſu Librorum.

I ANimos luto inquinatos præſeferunt, qui in vetitam damnatorum librorum lectionem, & retentionem nituntur; Nam poſt habitis Sanctorum Patrum, & probatorum Auctorum libris ex proſcriptis in quibus verſutiſſima Inimici ſerpentis ſparſa reticetur vafriries, falſas, & veneno illitas doctrinas animum, & mores corrumpentes carpere, & deglutire feſtinant: Nos autem, quos Deus ſua Divina miſericordia in ſpeculatorem vineæ ſuæ conſtituit, pro noſtri paſtoralis officij partibus, huic malo occurrere cupientes, eam ſepe ſequentium decretorum circumdare decernimus.

II Quo circà meminerint omnes adamnuſſim obſervare regulas Indicis librorum prohibitorum per Patres à Sacroſancta Tridentina Synodo delectos

ctos concinnatas, & a Sanctæ mem. Pio PP. IV. comprobatas conſtitutione, quæ incipit *Dominici*, *quod ſi quis auſus fuerit contra harum regularum præſcriptum, aut huius Indicis, & aliarum Conſtitutionum, & decretorum apoſtolicorũ probibitionem, libros aliquos legere, aut habere, ſi libros hæreticorum, vel cuiuſvis Auctoris ſcripta ob hæreſim, vel ob falſi Dogmatis ſuſpicionem, damnata, aut probibita legerit, ſive habuerit ſtatim in excommunicationis ſententiam Summo Pontifici reſervatam incurrit: Qui verò libros alio nomine interdictos legerit, aut habuerit, præter peccati mortalis reatum, arbitrio noſtro, & cenſuris punietur. a*

III. Bibliam Sacram vulgari lingua, cum plus indè, ob hominum temeritatem detrimenti, quàm utilitatis, ut plurimum oriri, legi, aut haberi omninò prohibemus *b*, & qui eam legere, aut habere auſus fuerit, ultrà peccatum mortale, quo ſe obſtringet, graviter etiam arbitrio noſtro alijs pœnis ſubijicetur: Omnes litanias præter eas, quæ in miſſali, & Breviario Romano continentur, quales etiam ſunt litaniæ lauretanæ, abolemus, & reiicimus, prout eas abolevit, & rejecit varijs decretis, & Conſtitutionibus ſedes Apoſtolica *c*, cui in omnibus obſequentèr famulari volumus.

IV Noverint univerſi, quod *d* muneri ſuo, non ſatisfaciunt, ſi per ſe ipſos comburant, lacerent, aut alio traſmittant libros prohibitos, quos abſque debita licentia retinent, ſed de eis diſponere non graventur ad formam juris; Et ſcientes aliquem legere, ſivè habere ſine debita licentia libros prohibitos Nobis, vel noſtro Generali Vicario ſignificare tenentur, quod ſi intrà quindecim dies poſt habitam notitiam, non fecerint excommunicationem incurrant ad formam juris.

V Qui verò facultatem habendi, & legẽdi libros prohibitos obtinuerint eos exacto tempore in data facultate, definito, neque retinere, neque legere audeant, ſub pœnis, prout ſupra prefatũ eſt. Et caveant, ne in ſupplici libello quidquam falſum, vel circa ætatẽ, vel circà ſtudia, vel circa alias conditiones neceſſarias ad obtinendam dictam facultatem, & licentiam à Sacra Congr. exponant; & ſi quis malis artibus eam extorſerit, talis facultas, uti obreptitia, vel ſubreptitia, ipſum non juvat, qui propterea tenetur ad pœnas contrà habentes, & legentes libros prohibitos, ac ſi ea ſibi conceſſa, non fuiſſet.

VI Et tandem inhærentes, diſpoſitioni Sacri Concilij Tridentini *d* ad reprimendam temeritatem illorum, qui ad prophana quæque convertuntur, & propriæ conſcientiæ obliti, verba, & ſententias Sacræ Scripturæ torquent ad ſcurrilia, ſcilicet fabuloſa, vana, adulationes, detractiones, ſuperſtitiones impias, & diabolicas incantationes, divinationes, ſortes, libellos

a *Ut in indic. libr. probib. regul. X. in fin. & conſule Bonanac. in Bull. Cęn. diſp. 1. q. 2. punct. 4. per totum.*

b ut prohita eſt in *d. indic. libr. probib. regul.* 4.

c *Clemens VII. conſt.* 122. Sanctiſſimus. *in d. Indic. libr. probib. verb.* litaniæ.

d *Nicol. in floſc. verb. liber. num. 2. & ibi Barboſ. allegat. 90. num. 5. Dian. 1. tract. 11. reſol. 37.* e *Seſſ. 4. de canonic. Script.*

etiam famoſos; Mandamus propterea ſub pœnis noſtro arbitrio, etiam excommunicationis pro qualitate delicti & perſonarum reſervatis, aliiſque in jure contentis ad tollendam hujuſmodi irreverentiam, & contemptum, ne de cætero quiſquam quomodolibet verba Sacræ Scripturæ ad hæc, & ſimilia audeat uſurpare.

TITVLVS II.

CAPUT I.

De Sacramentorum Adminiſtratione.

I. QVod olim per Prophetam Ezechielem pollicitus fuerat Deus effuſurum ſe ſuper ſervos ſuos, & Ancillas ſuas aquam mundam, qua emundarentur ab omnibus inquinamentis ſuis: Hoc præſertim, in Sacramentis, quæ ex Sacratiſsimo Chriſti Domini latere perforato ſupereffluerunt adimpleviſſe videtur: Siquidem ea ſunt quædam veluti vaſa Sacra, quæ, ut declarat Sacrum Concilium Tridentinum *a* Divinum illum gratię ſanantis, & ſanctificantis liquorem in ſe continent, & ex ſe diffundunt; hi ſunt fontes illi Salvatoris, ex quibus aurire poſſumus in gaudio aquam vivam, quę fiat in Nobis fons aquæ ſalientis in vitam æternam.

II. Certè ſi bonorum illorum, quæ de ſurſum ſunt, & quę à Patre luminum deſcendunt juſti ſimus æſtimatores, inter alia innumera Nobis cęlitùs collata beneficia, Sacramentorum illorum inſtitutionem, & in ipſis Sacramentis divinę charitatis exuberantiam, religioſo inprimis cultu ſuſpicere, & grato quantum poſſumus, animo ſuſcipere debemus; Necnon peculiari ſtudio, diligentia, & affectu perdiſcendę huic cæleſti de Sacramentis doctrinæ incumbere, eos oportet, quos miniſtros ſuos, ac myſteriorum diſpenſatores, Chriſtus Dominus conſtituere voluit, & à quibus diſpenſationis illius rationem, ſe aliquando exacturum eſſe conteſtatus eſt.

III. Sacramenta autem novæ legis de fide eſt certum, eſſe ſeptem, *b* nec plura, nec pauciora, ſcilicèt *Baptiſmum*, *confirmationem*, *Eucharistiam*, *Pęnitentiam*, *Extremam unctionem*, *Ordinem*, *&* *Matrimonium*; Ex quibus tria *c* quæ caracterem imprimunt, videlicèt, *Baptiſmum*, *confirmationem*, *&* *Ordinem*, abſque ſacrilegii labe iterari, non poſſunt.

IV. Et meminerint Parochi, aliique Animarum curatores, ut quotieſcumque aliquod Sacramentum *d* conficiendum eſt, antè omnia inſpiciant, an peccati alicujus mortalis ſibi conſcii ſint; & ſi ita ſe eſſe deprehendant, vel dubitent, illud priùs per confeſſionem Sacramentalem, ſi fieri poſſit, ſin minus ſaltèm contritionis actu expiare curent, ne mortiferis ſordibus inqui-

a *Seſſ.7.can.6.* b *Trident.ſeſſ.7.can.1.cap ad abolendam de hæret.*
c *cit. Trid.can.9.& ſeſſ.23.can.4.* d *Rit.Roman de Sacramentor.adminiſtr. verſ.quamobrem, Can.ipſi. c.ne ceſſe c.per Eſaiam 1.q.1.*

quinati, dùm aliorum conſulunt ſaluti, propriam negligant, ſed potius ſtudeant vita, & moribus ſe reddere irrepræhenſibiles, ut omni tempore, eo, quò decet animi candore, & veneratione ad tantùm adminiſtrationis munus, parati inveniantur.

V. Et paritèr ſint benè inſtructi *a* in iis, quæ ad Sacramentorum eſſentiam, materiam, formam, & ipſorum ritus obſervantiam pertinent, & in eorum adminiſtratione utantur Ritibus, & cæremoniis præſcriptis à Rituali Romano, juſſu Felic. record. Pauli PP.V. edito, quem ſemper præoculis habeant, & eis nihil addere, vel detrahere præſumant, aut verba immutare, præſertim, quæ ad ipſam Sacramenti ſubſtantiam ſpectant, ſed ea cum debita attentione diſtinctè, & devotè pronunciabunt, & id ſibi ſemper agere proponant, quod Chriſtus Dominus inſtituit, & Sancta Mater Eccleſia facere intendit.

VI. In una quaque Eccleſia Parochiali, non ſolùm habeant Parochi Rituale prædictum, ſed etiam veſtes, & vaſa Sacra, ac omnia alia, quæ pro ſingulorum Sacramentorum uſu, & adminiſtratione ſunt neceſſaria, & curent, ut ea debito Eccleſiaſticæ munditiæ nitore, ac puritate colluceant.

VII. Hiari vultu, & animo prompto, quacumque *b* diei, aut noctis hora ad Sacramenta miniſtranda Parochi, & ji, quibus animarum cura incumbit, ſi fuerint vocati accedant, nullam tam Sanctæ pietatis officiis ſub pœnis noſtro arbitrio reſervatis, moram interponentes: Et ſi eorum negligentia quempiam abſque Sacramentorum adminiſtratione, aut etiam commendationis animæ perneceſſario auxilio, mori contingerit, ultrà graviſſimi ſceleris admiſſi reatum, ſeveriſſimis pœnis arbitrio noſtro pro modo culpæ, etiam carceris, & cenſurarum punientur:

VIII. Ad excitandum autem Sacramentorum cultum, & devotionem in ſuſcipientium animis, *c* Parochi ſępè inter miſſarum ſolemnia, vel quando ſibi meliùs viſum fuerit, & præſertim dùm Doctrinā Chriſtianam edocent, illorum dignitatem, inſtitutionem, uſum, & fructus ſalutares ex cathechiſmo Romano materna lingua, & ad audientium captum explanent, prout quoque Sanctiores Cœremoniarum ſignificationes.

IX. Nec omittant Parochi ſuis cohortationibus paſſim Populum admonere eorum, quæ ad illorum dignam receptionem requiruntur, & quod ad ea, non accedant, niſi cum puritate conſcientiæ, & etiam cū exteriori corporis habitu, qui humilitatem, & reverentiam præſeferat, & præſertim feminæ *d* nunquam admittantur ad Sacramentorum receptionem, ſi non ha-

 beant

a *can. nolitæ d. 11. can. tribus gradibus de conſecr d. 1. Innoc. 1. Ep. 1. Gelaſ. Pp. Ep. 9.*
b *can: divinis 25. q. 1. conc. lat. can 13: Trid. Seſſ. 6. cap. 2. & ſeſſ. 23. cap 2. de reform.*
c *Rit. Rom loc. cit. verſ.* in Sacramentorum adminiſtrat. *Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 7.*
d *Rit. Rom. rubr. de Sacramentor: adminiſtr. verſ. omnes autem can. liceat. 3. q. 1. can: in actiom. de pœnit. diſt. 1.*

beant habitum modeſtum, & honeſtum, & ejiciantur omninò, ſi pectora habuerint aperta, quo caſu, non cenſentur diſpoſitæ, ſed quod potius velint facere mercaturam de corpore ſuo; Viros quoque armis depoſitis, & non alias ad Sacramentorum ſuſceptionem ſe præſentare, curent Parochi, alias ipſos à Sacramentorum receptione arceant.

X. Nullus Sacerdos *a Exterus, ſive alienæ Diœceſis*, neque de propril Parochi licentia, ſive ſæcularis, ſive Regularis ſit, audeat in noſtris Diœceſibus Sacramenta quæcumque adminiſtrare, ſine noſtra, vel noſtri generalis Vicarii in ſcriptis obtenta facultate ſub pæna ducatorum decem, quoad Parochum, qui id permiſerit, & carcerationis, aliiſque noſtro arbitrio reſervatis, contra exterum Sacerdotem, qui ea adminiſtrare auſus fuerit: Et nec minus Parochi Diœceſani in aliena Parochia, Parocho contradicente, ea adminiſtrare audeat.

XI. Et monitos facimus omnes alios Sacerdotes, tum Regulares, tum ſæculares, qui nullam habent curam animarum, quod etiam, & ipſi non ſatis coram Deo adimplent eorum partes, ſi ſolum Sacroſancti Sacrificii miſſæ celebrationi incumbant: & diurnum perſolvant penſum: omnes enim, etiam, & ſimplices Sacerdotes ſumus vocati ad excolendam vineam Domini *b*; Aſſiſtant ergò in neceſſitatibus Parochis, & eos, quo poterunt coadjuvent, prout ipſos ad id paternè, & enixè adhortamus, debitam in Domino repromittentes repromiſsionem, coronam gloriæ.

XII. In Sacramentorum adminiſtratione, Parochi, aliivè, quibus animarum cura quocumque titulo incumbere contingat, non quærant, quæ ſua ſunt, ſed quæ Jeſu Chriſti, & quæ ad animarum ſalutem magis conferunt: Caveant propterea à quacumque quæſtus ſpecie, nec pro eorum adminiſtratione quidquam ſub gravibus pœnis in variis Sacris Canonibus contentis, aliiſque noſtro arbitrio reſervatis petant ab ullo.

CAPUT II.

De Sacramento Baptiſmi.

I. HOc Sacramentum, quod eſt Ianua *c* ad omnia alia Sacramenta, adeò eſt neceſſarium, ut ſine eo ullo modo patere poſſit aditus ad regna Cœlorum, *niſi quis renatus fuerit, ex aqua & Spiritu Sancto, non poteſt introire in Regnum Dei*, ſufficit tamen ad conſequendam vitam æternam, ſi recipiatur, ſi non in re per baptiſmum fluminis, de quo Nos loquimur, vel ſanguinis per Martyrium, ſaltèm in voto, in quo conſiſtit Baptiſmum flaminis, & ſi non habeatur, neque in re, neque in voto, *d* nulla ad-

a *can. Eccleſias 13. qu. 1. can. interdicimus 16. q. 1. Conc. Later. ſeſſ. 11. clem. unic. de privil. Greg. XV. in conſt. 18. inſcrutabili.*

b *Apoſtol. ad Rom. 12.*

c *Rit. Rom. rubr. de Sacr. Bapt. verſ. 1.* d *Trid. cap. 4. ſeſſ. 6.*

admittitur excuſatio, & nec minus ignorantia, quantumvis inculpabilis, & invincibilis, quæ poſt Evangelii promulgationem à nemine quantum ad hoc allegari poteſt, cum ſit neceſſarium neceſſitate medii.

II. Hinc eſt, quod hoc *a* Sacramentum Baptiſmi, tempore neceſſitatis adminiſtrari poteſt à qualibet Perſona, etiam ſi ſit Infidelis, Hæretica, aut quaviscenſura irretita, dummodò materiam neceſſariam adhibeat, quæ eſt aqua naturalis cum intentione faciendi, quod intendit, & facit Eccleſia, & debita verborum formã, quæ eſt. *Ego Te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen.*

III. Ordo tamen tali caſu ſervari debet, ut ſi clericus ſit præſens, abſtineat laicus, & præſente virò; fæmina illud, non adminiſtret, quamquàm in certis circumſtantiis, propter honeſtatem, decentius eſt, ut fœmina aliis præferatur in dicta adminiſtratione, quæ ut plurimum fieri ſolet per Obſtetrices præſentes, prout mandamus.

IV. Curent propterea, omni diligentia Parochi, ut inſtruantur Obſtetrices circa ea, quæ ſunt neceſſaria ad prædictum effectum, nempè, ut ſciant formam Baptiſmi, & quod præter eam, dum infunditur aqua naturalis, requiratur intentio, ſi non actualis, ſaltèm virtualis, & ſi Infans ſit baptizandus ſub conditione, quænam, & quotuplex ſit forma hujus conditionis, & tali de cauſa fœmina antequam hoc Obſtetricis munus exerceat, à proprio Parocho inſtruatur circa ea, quæ ad baptismum in neceſſitate conferendùm, ſunt neceſſaria.

V. Moneant inſuper Parochi Obſtetrices, ut ſolum baptizent in articulo mortis, & ſi commodè fieri poterit coram aliquo, vel aliquibus, ne ullus de baptizati ſalute obrepere queat ſcrupulus; Et Obſtetricibus rudibus, & non idoneis repertis aſſiſtant ut iſtruantur, & quolibet ſemeſtri eas examinent, & alias ubi opus fuerit, ipſorum idoneitatem recognoſcant.

VI. Meminerit quicumque in caſu *b* neceſſitatis baptizat, poſſe quamlibet partem, quantumvis minimam, etiam ſecundinis pellibus *c* involutam ut manũ, pedem, digitum, aqua abluere cum ſolita verborum forma; regulariter autem pars, quæ ad ablutionem ſuſcipiendam ſufficit, caput pectus, femur eſſe putatur.

VII. Inquirant Parochi *d* ſi infans privatum baptiſma receperit, quà forma, qua materia id fecerint, quam partem corporis infantis abluerint, ſi, & quam habuerint baptizantes intentionem, & quo ritu, ut ſi aliquis deprehenſus fuerit error, vel ſi non fuerit benè baptizatus in ceremoniarum ſuppletione promptiùs corrigatur, vel ſub conditione, aut ex integrò, prout caſus occurrerit, infans baptizetur.

Ve-

a *Cap. firmiter de Summ. Trinit. & fid. Cat. Conc. Flor. in decret. Eug.* 18. *Rit. Rom. loc. cit. verſ.* legitimus quidam.
b *Rit. Rom. loc. cit. verſ.* nemo in utero.
c *Abelli in medulla Theol. de Bapt. ſect.* 2. *num* 41
d *cap. ad quas cap. hi verè de conſ. diſt.* 4. *cap ſi quis* 1. *d.* 1.

VIII. Verum infans *a* domi in articulo mortis ritè baptizatus, ſi ſuper vixerit, deferatur ad Eccleſiam, ibique ſuppleantur cærimoniæ, præſcriptæ in Rituali Romano à Parocho, qui ſuſceptores inſtruat, ſi adhibeantur, eos, non contrahere cognationem ſpiritualem, ſed Catechiſmum dumtaxat, qui impedit, ſed non dirimit matrimonium, & in baptizatorum libro, de hujuſmodi baptiſmo, & cæremoniis adhibitis ſpecialis mentio fiat.

IX. Baptizentur *b* pariter, ſed ſub conditione expoſiti infantes, & ſi cum ſchedula teſtimoniali de ſuſcepto baptiſmo fuerint reperti, nomen tamen expoſitorum idem ſervetur, quod in ſchedula notatur, & ipſius ſchedulæ verba in libro baptizatorum referantur, imò & ſigna cum quibus fuerunt reperti.

X. Solemniter *c* tamen à ſolo Parocho, vel ab alio Sacerdote de illius permiſſu, modo tamen, quo ſupra diximus *cap. præced. de Adminiſtr.* Sacrament. *n.* 10. conferatur cito, & in hoc Seriò advertant Parochi, & ubi opus fuerit ad nos deferant *d* ſi aliquorum natorum Parentes fuerint ſocordes, ut ſi ultrà triduum ab ortu infantis ſine noſtra, vel noſtri Vicarij Generalis facultate, infantis baptiſmum diſtulerint pena interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ puniatur; & ſi quem culpa, *e* vel negligentia Parochi, ſine hoc Sacramento decedere contingerit, Parochus ipſofacto pœnæ ſuſpenſionis nobis reſervatæ ſubiaceat, alijsque arbitrio noſtro infligendis.

XI. Neutiquam domi, ſed in Eccleſia Parochiali baptiſmatis Sacramentum adminiſtretur *f*, & qui extrà caſum neceſſitatis illud in aulis, vel cameris, aut alijs privatis domibus, aut alibi quam in ſua propria Eccleſia Parochiali, hoc eſt ipſius infantis, ubi fons baptiſmatis aſſervatur, adminiſtrare auſus fuerit, Parochus, ſivè quivis Sacerdos ſit, tam Regularis, quàm ſæcularis, etiam quomodolibet exemptus, pœnam ſuſpenſionis à divinis ipſo facto incurrat; Et qui in hoc ſuam præſentiam exhibuerint, gladio Excommunicationis, alijsque pænis prò perſonarum qualitate noſtro arbitrio reſervatis, feriantur.

XII. Nunquam de nocte hoc baptiſmatis Sacramentum adminiſtretur, ſed poſt ſolis ortum, & antè ejus occaſum ſub pæna ſuſpenſionis; conſultius tamen eſt, ut fiat de mane, ubi nulla urgeat neceſſitas: Sanctorum nomina *g* tantum, quæ ſunt deſcripta in Martyrologio Romano, & ab Eccleſia recognita, & non aliena, baptizandis, imponantur.

Plu-

a *Rit. Rom. hoc tit.*
b *cap. parvulos cum 3. ſeq. q. de conſecr. diſt. 4. cap. de quibus, de Bapt.*
c *S.C.C. 8. febr. 1605. apud Monacell. for. legal. tit. 13. form. 1. n. 40.*
d *S. Clemens 1. Ep. 4. & lib 6. conſt. cap. 15. Eug. IV. conſt. 23.* Cantate;
e *can. quicumque de conſecr. diſt. 4.*
f *can. clericos. de conſecr. diſt. 1. unic. clem. de Baptiſm. Ritual. Rom. hoc tit.*
g *Catechiſm. Rom. p. 2. cap. 2. hoc tit. Rit. Rom. loc. cit. verſ. quoniam & iis.*

Digitized by Google

XIII. Plures Sponſores, ſeu Patrini *a* in baptiſmo, non adhibeantur, ſed unus, vel una, aut ad ſummum unus, & una, quos admoneat Parochus ſtatim poſt collatum baptiſmum de contracta ſpirituali cognatione, ſicque fidejuſſores apud Deum conſtituiſſe pro illis, quos de Sacro fonte ſuſceperunt, & quod, ut ait Auguſtinus, *b* eos admoneant ut *caſtitatem cuſtodiant, juſtitiam diligant, charitatem teneant, & antè omnia, Orationem Dominicalem, Symbolum fidei, & prima Chriſtianæ Religionis rudimenta diſcant*.

XIV. Et cognatio ſpiritualis contrahitur in Babtiſmo *c*, quæ impedit, & dirimit matrimonium inter Baptizantem, & Baptizatum, & Patrem & matrem Baptizati: Item inter ſuſcipientem, & ſuſceptum, ejuſque Patrem, & matrem: quæ quidem cognatio ſpiritualis, etiam contrahitur, dum baptiſmus ſine ſolemnitate *d* ob imminens vitæ periculum confertur, inter Baptizantem, & Baptizatum, ſive femina, ſive maſculus ſit baptizans, ac inter Baptizantem, & patrem, & matrem baptizati: Pater tamen, & mater in eadem neceſſitate proprium natum, baptizantes, nullam contrahunt cognationem.

XV. Et tamquam falſam, & erroneam damnamus eam propoſitionem, quæ non ſine animi noſtri diſplicentia, ut inaudivimus, per ora vulgi circum fertur, quod ſcilicet, non contrahatur iſta cognatio ſpiritualis, ſi ſponſores, ſeu Patrini intentionē, non habeant, eam contrahendi: quippè, qui non ab eorum voluntate dependet, ut dictam Spiritualem Cognitionem contrahant, vel non, ſed ab Eccleſiæ determinatione, quæ ſtatuit, ut inter dictas Perſonas ea contrahatur, ſi ſponſoris officium in adminiſtratione huius ſacramenti Patrini exerceant.

XVI. Non admittantur *e* in ſponſores, & Patrinos minores quatuordecim, ſi ſint maſculi, & duodecim annorum ſi ſint feminæ: item Excommunicati *f*: interdicti: Qui illo anno præcepto Paſchali, non ſatis fecerint, & qui inſtructi non fuerint circa ea, de quibus ſupra *titul.* 1. *capit.* 2. *ubi de doctr. chriſtian.*

XVII. Nec admittatur *g* ad ſolemnitèr baptizandùm; vèl ad ſponſoris munus quivis Regularis ſinè noſtra licentia, raro, & ex gravi cauſa in ſcriptis gratis concedenda, & ſuorum ſuperiorum facultate: Nec ullus *h* Sacerdos ſæcularis ſponſorem, & Patrinum agat in adminiſtratione Sacramenti baptiſmatis, abſque noſtro expreſſo permiſſu, quem etiàm teneatur Clericus quivis requirere, ſub pœna ducatorum decem pijs uſibus applicanda.

Non

---

a *Trid. ſeſſ. 24. de refor. cap. 2. S. Pius V. conſtit. 24. cū illius Can. non plures de conſecr. diſt. 10.* b *Serm. 26. & 63. de temp. cap. vos ante de conſecrat. diſt. 94.*
c *Trid. ſeſſ. 24. de ref. matr. cap. 2.* d *cap. ad limina; junct. gloſſ. ult. 30 q. 1.*
e *Cap. vos ante de conſecr. diſt. 4.* f *Rit. Rom. ſupr. cit. verſ. ſciant.*
g *Cap. monachi de conſecr. diſt. 4. & ibid. cap. non licet.*
h *Quam plura Conc. Prov. apud D. Card. Petr. ad conſt. 5. Hon. III. n. 2.*

XVIII. Non omittant Parochi *a* ſub pœna ſuſpenſionis ſtatim ac fuerit collatus baptiſmus, & antequàm baptizatus ab Eccleſia diſcedat, vel ſaltèm eodem die in ſolito libro Baptizatorum, quem ſempèr paratum habere debent, per actum baptiſmum accuratè adſcribere: Et in tali deſcriptione adnotentur Parentes, & an fuerint legitimi conjuges, & Patrini cum explicatione anni, diei, & menſis, & non utantur notis aritmeticis, ſed literis extenſis ad annorum, menſium, & dierum, ac cuiuſcumque rei numerum exprimendum, ſervando in cæteris inſtructionem Ritualis Romani.

XIX. Parochi poſt collatum Baptiſmum *b* ſeriò admoneant Parentes, ſive Nutrices nè Parvulos ſecũ in uno lecto antè completũ ætatis annum ſine repagulo retineant, ne per incuriam, ut paſſim accidit, quod ſine intimo cordis dolore non inaudimus opprimantur, & ſuffocentur, & ſi ſecus beneficium abſolutionis à tali facinore Nobis reſervamus.

XX. Mandamus inſupèr, ut in Eccleſijs Parochialibus *c* ſolemni ritu bis in anno fontis baptiſmalis benedictio perſolvatur, utroque ſcilicèt Sabato antè Sacratiſſimum Paſcha, & Pentecoſten, & aliàs privatim, Parochorum arbitrio, ſi opus fuerit, ne & Parochi ſint cõtenti, ſi tantũ ſemèl in anno id peragant contrà diſpoſitionem Sacrorum Canonum, quod ſi ſecùs pœna ducatorum decem, in beneficium Pauperum locorum multentur.

XXI. Et tandèm meminerint Parochi, *d* quo ubi opus fuerit monitas faciant mulieres; ut poſt quàm à recenti partu convaluerint, ad Eccleſiam Parochialem ſe conferant ad reddendas Deo gratias, & Beatæ Mariæ Virgini, quæ hoc humilitatis exemplum reliquit; Nec non ad recipiendam à proprio Parocho *e* benedictionem iuxtà piam, & laudabilem utriuſque noſtræ Diœceſis conſuetudinem, ad formam Ritualis Romani, & ſatis ſit, ſi tantum id fiat poſt primum partum.

C A P V T III.

De Sacramento Confirmationis.

I Chriſtus Dominus hoc Sacramentum inſtituit ad ſuos fideles roborandum in fide, & licet *f* non ſit ad ſalutem neceſſarium, inculpabilitèr tamèn differri, aut prætermitti, non poteſt, ut ſeptiformem Spiritus Sancti gratiã recipientes, hoc novo virtutis robore perfecti Chriſti milites, & firmiores evadant.

Eius

a *Trid. de reform. matr. cap. 2. ex 4. Conc Prov. ſub S. Carol. hoc tit. p. 2.*
b *Can. Conſul i 2 q 5 cap. relatum de bis. qui fil. occid.*
c *Can. non ratione & ſparſim de conſecr. d. 4.*
d *1. Conc. S. Caroli p. 2. quæ pertinent ad Baptiſ.*
e *S. Congr Conc. in antuer. piem. 12. Nov. 1662.*
f *Cap. ut jejuni de conſecr. d. 5.*

II. Eius enim proprius, & peculiaris effectus ultra caracterem, quem indelebiliter in anima imprimit, eſt complementum, & perfectio gratiæ baptiſmalis, & auxilium quoddam ſpeciale attualis gratiæ tempore opportuno conferendum ad Chriſti fidem interius contrà quaſcumque tentationes fidelitèr retinendam, & exterius, in quibusvis caſibus, etiam cum diſcrimine vitæ, ſi neceſſarium ſit, fortitèr profitendam, ſcribit enim Sanctus Melchiades Papa *a* ad Epiſcopos Hiſpaniæ, *Spiritus Sanctus ſuper aquas baptiſmi ſalutifero deſcendit illapſu in fonte, plenitudinem tribuit ad Innocentiam, in Confirmatione augmentum præſtat ad gratiam*; Et quia in hoc mundo ætate tota victuris inter hoſtes, & pericula gradiendum eſt, *b* in baptiſmo regeneramur ad vitam, poſt baptiſmum confirmamur ad pugnam, in baptiſmo abluimur, poſt baptiſmum roboramur.

III. Hinc, quos oportet monitos facimus quanta reverentia, *c* qua animi devotione Sacramentum hoc recipi debeat, & quę cura adhibenda ſit, ne preparationis defectu, obex aliquis ponatur ejus gratiæ inter tot pericula & hoſtes adeo neceſſariæ, & hac de re curent Parochi poſtquam certiores fuerint facti de tempore, & loco, ubi hoc Sacramentum ſit adminiſtrandum, Populum inſtruere, quæ ad ritè, & valide illud ſuſcipiendum requirantur, & præſertim, quod confirmandi, *d* ſi uſu rationis aliquo modo pollùerint, ſacramentalem confeſſionem præmittant, & ſi per ætatem id liceat, etiam Euchariſtiæ Sacramento reficiantur

IV. Curent *e* inſuper Parochi, ut confirmandi ad ſe accedant privatim inſtruendi, atque examinandi, & ſi idonei reperti fuerint fidem, ſeu cartellam idoneitatis, gratis ipſis concedant, & in eadem cartella deſcribantur nomina, & cognomina ipſius confirmandi Patris, & matris, ac Patrini, ſeu matrinæ, nec aliter coram Nobis ſe præſentare audeant confirmãdos, & dictis cartellas volumus conſignari noſtro cæremoniarum Magiſtro.

V. Advertant confirmandi, ac Patrini, & Matrinæ, ut coram Nobis hoc Sacramentum miniſtrantibus, non confusè, & inordinatè, ſed ea, qua decet reverentia ſiſtant, & fœminæ omninò à maſculis ſeparatę: Nullus audeat, & præſertim Puellæ, & Matrinæ minus honeſto corporis ornatu ad hoc Sacramentum accedere, & arceantur omninò, qui in cultu corporis, ſivè laſciviam, ſivè vanitatem redolent.

VI. Maſculi non admittantur ad ſuſcipiendas *f* Fæminas, nec Fœminæ ad ſuſcipiendos maſculos, & id propter honeſtatem, & juxtà Sacrorum Canonum diſpoſitionem, ſint tantùm unus, vel una, nec eadem die abſque noſtra licentia quivis, plures quàm unum, vel duo præſentare audeat; Et inſupèr

a *In Epiſt. ſua decretal.* b *S. Hilar. Arelat. in ſer. de Pentecoſt.*
c *Catechiſm. Rom. part. 2 cap. 3. Tertull. lib de reſur. cap. 8.* d *cit. cap. ut Jejuni*
e *Vid. Monticell. tit. 5 form 5. num. 9.* f *S. Carol. in Inſtr. de conſir. de Patr. §. id.* d. *niqui & ſimemo*

ſuper admoneantur per Parochos, inter ipſos eandem *a* contrahi cognationem ſpiritualem, quæ in baptiſmo contrahitur, ac Parochi nomina confirmatorum, Parentum, & Patrinorum eodem tempore, quo illud adminiſtratur deſcribant in ſolito libro, & niſi accepta ab Epiſcopo benedictione, confirmati ab Eccleſia, non diſcedant.

VII. Patrini, & Matrinæ ſint natu majores *b* iis, quos in confirmatione tenent, nec admitti volumus in Patrinos, & Matrinas, qui hoc Sacramentum, nondum receperunt, nec alii, quos ab eodem munere repelli mandavimus in adminiſtratione Sacramenti baptiſmatis *cap. præced. numer.* 16. *& ſeq.*

C A P V T IV.

De Sacroſancto Euchariſtiæ Sacramento.

I. VT aſias Regius Prophæta pronunciaverat, in hoc Sanctiſſimo Sacramento Chriſtus Dominus fecit memoriam mirabilium ſuorum, in quo non tantum ſapientiæ, & ſcientiæ, ſed & poteſtatis, miſericordiæ, charitatis, & omnium aliarum divinarum perfectionum Theſauros omnes recondidit: Undè mirum non eſt ſi nullum ſingulare nomen excogitari potuit, quod infinitam, ejus Excellentiam exprimeret, ſed varia, & diverſa vocabula paſſim à Sanctis patribus adhibita reperiuntur, quibus adumbratur, ut cummque, non quod omninò tanti myſterii explicetur dignitas.

II. Quandoque enim ex Sancto Auguſtino vocatur *Sacramentum corporis, & Sanguinis Chriſti*, ab ipſa re, quam in ſe continet; Aliquando *Sacramentum Altaris* ex eodem Auguſtino à loco, in quo conficitur; Aliquando *Sacramentum fidelium* ab iis, quorum gratia inſtitutum eſt ex S. Aug. aliquando ex Cypriano *panis ſuper ſubſtantialis, panis* nempè ob accidentia, quibus tegitur exteriora, *ſuper ſubſtantialis* propter divinã, & vivificam, quæ ip ſi ineſt virtutem.

III. Aliquando *communio* nuncupatur ex Sancto Damaſceno propter unionem perfectam, & ineffabilem, quam inter Chriſtum Dominum, ut caput, & Eccleſiæ fideles, ut ejus membra efficit; Aliquando *Sacra Synaxis* ex eodem Damaſceno, propter religioſum fidelium Conventum in ſolemni hujus Sacramenti celebratione fieri ſolitum; Aliquandos ut in Concilio Nycæno primo *Viaticum* dicitur, eo quod illius virtute in hujus vitæ peregrinatione, & præſertim in ultimo ad æternitatem tranſitu ſuſtentamur.

IV. Præceteris tamen uſitatiſſimum in Eccleſia eſt *nomen Euchariſtiæ*, quod bonam gratiam ſignificat, vel gratiarum actionem, idque aptiſſimum ad

a *Trid. ſeſſ.* 14 *de reformat. cap.* 2. *in fin.*
b *Can. in baptiſmate de conſecr. diſt.* 4. *Conc. lat.* 111. *in append. cap.* 144.

Digitized by Google

ad deſignandũ Nos in hoc Sacramento uberrimas gratias, imò ipſum gratiarum Authorem in nobis recipere, & per idem Sacramentum, acceptiſſimas, Deo, Deo gratias, ut dicitur in Cathechiſmo Romano poſſe referre. Quocumque tamen Euchariſtia appelletur nomine, ſemper Sacramentum illud intelligitur, quod à Chriſto Domino in ultima cœna inſtitutum eſt, in quo ſub ſpeciebus panis, & vini, verè realiter, ac ſubſtantialiter ejuſdem Chriſti corpus, ut in Concilio Tridentino *a* expreſsè definitum eſt, continetur.

V. Ad hoc autem, *b* ut quiſque hoc Sacro convivio dignè perfruatur ſæpius Parochi, Populo explicent inter miſſarum ſolemnia, & ubi, aut quo, fructuoſius ſibi viſum fuerit, qua animi præparatione, quavè Religione qua pietate, & quo corporis habitu ad illud accedendum ſit, explicando omnia alia, quę in Cathechiſmo Romano tractantur, lingua tamen materna, clara omninò, & ad audientium captum, & ſic Populum, Plebemque ſibi commiſſam, diligenter inſtruant, & in eo erudiant.

VI. Et quamquam certo certiùs ſit, quod nullæ creaturæ puritas, aut Sanctitas, quantacumque ſit, infinitæ hujus divini Sacramenti dignitati, & excellentiæ pro merito reſpondere queat; Illa tamen eſt divinæ in Nos clementiæ benignitas, ut nullum certum puritatis, aut Sanctitatis gradum ad dignam illius participationem preſcripſerit, ſed id unius cujuſque liberæ voluntati permiſerit: Ita ut dummodo quis verè à peccato mortali c emundatus, & per gratiam ſanctificatus exiſtat, quaſcumque animi egritudines, aut pravos affectus in ſe perſentiat, modo iis non conſentiat licitè, ac fructuosè ad Sacram Euchariſtiam accedere poſſit.

VII. Et licet Parvuli poſt baptiſmum verè ab omni peccato, tùm originali, tùm actuali emundati, & per gratiam baptiſmalem ſanctificati, exiſtant, Parochi tamen ad hujus Sanctiſſimi Sacramenti participationem eos non *d* admittant, niſi ad rationis uſum pervenerint, & poſtquam ad uſum rationis pervenerint, non prius ad hoc Sacrum Convivium accedant, quam ab eiſdem Parochis, prævio examine, juxta inſtructionem per Nos dandam in appendice hujus noſtræ Synodi, facultatem obtinuerint.

VIII. Qua autem ætate cenſeantur Pueri ad uſum rationis perveniſſe, ut ipſis Sacramentum hoc adminiſtrari queat, nihil ſuper hac re generatim definire audemus; in aliis ſiquidem tardius, & in aliis citius rationis uſus exoritur; Et ſic Parochi eorum indolem conſiderent, & advertant neceſſum, non eſſe, ut ji pleno, ac perfecto judicio polleant, ſed ut ait *e* Doctor Angelicus, ſufficit ſi talem rationis uſum habere incipiant, quo actum fidei circa hoc Sacramentum elicere, & devotum aliquem affectum concipere valeant.

H 2 Et

a *Seſſ. 13. Canon. 1. & 2.* b *Catechiſ. Rom. p. 2. cap. 1. de Sacr. in gener.*
c *S. C. Trid. ſeſſ. 13. cap 7.* d *Nec illos Trid. obligat. ſeſſ. 21. cap. 4.*
e *Infr. cit. ar. ſ. conſ. ad 3.*

IX. Et propterea advertant Parentes, Parochi, & Confeſſarii, quod peccant, qui ex eorum incuria primam Puerorum communionem, nimis diù differunt, quod Sanctus Franciſcus Saleſius, Epiſcoporum gemma in ipſo rationis crepuſculo, ad Chriſtum Dominum, volebat in hujus Sacramenti participatione Pueros adduci, ut illius gratiis irrorati, tamquam novellæ Olivarum in circuitu menſæ Domini adoleſcerent, & eo confortante baptiſmalem innocentiam facilius, & conſtantius cuſtodirent.

X. Et quoad Amentes *a* baptizatos, iis qui ſemper rationis uſu caruerunt, non eſſe adminiſtrandum, & ſi eo, non ſemper caruerunt, tunc ſi prius, cum eſſent rationis compotes apparuit in ipſis hujus Sacramenti aliqua devotio, eis in articulo mortis, adminiſtrari volumus, niſi fortè expulſionis periculum, vomitus, aut alterius irreverentiæ ſtimulus timeatur, & iis, qui, non omninò amentes ſunt, ſed debilem tantum habent rationis uſum, non eſt hoc Sacramentum omninò denegandum, ſed pro diſpoſitionis ratione.

XI. At *b* publici Peccatores, ut ſunt blaſphemi, concubinarii, publici uſurarii, meretrices, manifeſti infames, Eccleſiaſticis cenſuris innodati, notoriè interdicti, aliique id generis, à Sanctiſſimi Chriſti Domini corporis ſuſceptione arceantur omninò; Niſi reſpectivè ſublata fuerint impedimenta, & niſi prius veræ pœnitentiæ certa dederint ſigna, prout arcendi ſunt etiam conjuges ſine legitima cauſa cohabitare retractantes, prævia tamen noſtra, noſtrivè Generalis Vicarii participatione.

XII. Curent autem Parochi, aliique animarum Curatores, ut hoc ſaluberrimum, ac Divinum Convivium, Populus ſibi commiſſus frequentet. Indignum *c* quippè nomini Chriſtiano eſt, ut ad illud invitati, quo divinæ dignitatis participes efficimur, venire non feſtinent: Et maximam adhibeant diligentiam, ne quis in Paſchate Sacroſanctæ Reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, hoc Eccleſiæ præceptum adimplere omittat, ſed quod potius quiſque in propria Parochia, ac de propria Parochi manu hac Sacra Synaxi reficiatur omninò.

XIII. Quodque, ut ſaltèm tali tempore Paſchatis propriæ oves, proprium Paſtorem *d* agnoſcant, caſu verę neceſſitatis, dumtaxat excepto, ipſis Parochis, & Archipresbyteris expreſsè interdicimus, nè quibuſvis facultatem impertiantur huic Eccleſiaſtico præcepto, alias, quàm in propria Parochia, & de manu proprii Paſtoris ſatisfaciendi: Et ad talem effectum intra tempus Quatrageſimale, ubi opus fuerit Parochi inter miſſarum ſolemnia, omnes de Eccleſiæ præcepto ad quod quiſque tenetur communicandi ſe in Paſchate Reſurrectionis in propria Parochia, & de manu proprii Parochi moneant.

Et

---

a *S. Thom. q. 80. ar. 9. ex Conc. Carthag. can. 76. Rit. Rom. rub. de Sacr. Euch. verſ. amentibus.* b *Can. pro dilectione. C. Scenicis. d. 2. C. ſed illud d. 45. cap. manifeſta de pœn. & remiſſ.* c *S. Io. Chryſoſt. homil. 60. ad Popul. Antioch.*
d *S. C. C. pluries apud Monacell. in decr. circa Communion. quotid. n. 16.*

XIV. Et quod aliàs, qui prædictum Eccleſiæ præceptum communican, di ſe in Paſchate, hoc eſt à Dominica Palmarum uſque ad Dominicam in Albis incluſivè *a* adimplere non curaverit, volumus, ut pœnam contentam in capit. *Omnis utriuſque ſexus de pænit.*, *& remiſ.* ipſo facto, ipſoque jure incurrat, nimirùm quod viventes ab ingreſſu Eccleſiæ arceantur, & morientes chriſtiana careant ſepultura, prout ad declaratoriam deveniemus per cedulonum affixionem contrà eos nominatim, qui tranſacto prędicto tempore, contumaces reperti fuerint, nempè qui non ſe communicaverint tempore preallegato in propria Parochia, & de manu proprii Parochi, ſalvis juribus procedendi etiam ad excommunicationis *b* pœnam contra eoſdem, quatenus Nobis ità in Domino expedire videbitur.

XV. Ad evitandas autem fraudes, quæ à Perſonis propriæ ſalutis immemoribus committi ſolent, ut non virtutis amore, ſed ad declaratoriam cenſurarum unicè effugiendam hac ſacra veſcuntur Synnaxi: Vt hoc præceptum ab omnibus inviolatè obſervetur mandamus, ut Parochi extradant communicatis ſchedulas, per sè, vel per Sacerdotem, aut ſaltem Clericum ſibi benè viſum, qui ſicut eas fidelitèr cuſtodire, ſic rectiùs diſpenſare teneatur.

XVI. Et tranſacto Paſchatis tempore exigant Parochi ſchedulas communionis, quas vocant, ab jis quibus fuerunt extraditæ, ad hoc, ut collatione facta cum notula communicandorum in ſua Parochia, quàm præmittere debent, moneri poſſint, qui eidem præcepto, non ſatisfecerunt, & ad nos, vel ad noſtrum Vicarium Generalem ſub pœna ſuſpenſionis à divinis, contumaces, deferre teneantur, ut contrà eos ad declaratoriam per nomina, & cognomina procedere poſſimns.

XVII. Qui verò in Paſchate non communicantes ab aliis dolosè accipiunt ſchedulas, ſeù cartulas prædictas, ut Parochum decipiant, fidem eidem exhibendo de peracta communione, & illi, qui eaſdem, non communicantibus quomodocumque accommodant in fraudem, gladio excommunicaticationis feriantur.

XVIII. Non excuſantur *c* ab annuæ communionis præcepto, neque carceribus detenti, neque adverſa valetudine decumbentes: Et ji omnes à Parocho ſæpiùs viſitentur, & ubi opus fuerit eos admoneat, ut hoc Eccleſiæ præceptum adimpleant, quodque *d* ſi diuturno morbo conflictentur, curent Parochi, ut hoc Sacramento ſingulis ſaltèm menſibus reficiantur.

XIX. Euchariſtia *e* in Cathedralibus, Archipræsbyteralibus, & Conventualibus Eccleſiis dumtaxat aſſervetur in Pixide argentea cum ſuo cooperculo intus ſaltem auro linito, & ſerico albi coloris conopeo contecta in Ta-

a Et in hoc conſiſtit Tempus Paſchale ad hunc effectum, *ut declaravit Eugen. IV. in ſua conſt.* fide digna. b *S.C.C. apud Fagn. in cap. omnis utriuſque ſexus nu. 46.* c *Cap. pervenit. de conſecr. diſt. 2.* d *Rit. Rom. de com. Infir.* e *Cap. 1. de Cuſtod. Euch.*

Tabernaculo decenter elaborato extrinſecus, vel auro, vel aliis pretioſis ornamentis inſignito, cum ſuis conopeis, quæ mutari debent pro temporum varietate, niſi Tabernaculum marmoreum fuerit, ut eſt Tabernaculum, quod nuper providimus tum pro hac Cathedrali, tum pro Matrici Eccleſia Scalæ, & à parte interiori ſericis tegumentis ornato, & etiam ſtratum *a* ſit Tabernaculum mundo corporali.

XX. Et ſuper dicto *b* corporali intus dictum Tabernaculum erunt duæ Pixides, non una, quarum minor ad Euchariſtiam ad infirmos deferendam inſerviat; Maior verò particulas Populo communicaturo, miniſtrandas, ſervet, & pro qualitate temporum ſemel, vel bis in hebdomada, nè indecenti corruptioni ſubiaceat, mutari mandamus; Sitque Tabernaculum *c* ſemper munitum ſua clavicula inaurata, quę ad præſcriptum Lateranenſis Concilii in Eccleſiis Parochialibus à ſolo Parocho cuſtodiatur, ut ſub graviſſimis pœnis mandamus, prout quoque ſeveriſſimè punietur Parochus, & ad pręſcriptum Sacrorum Canonum, & Conſtitutionū, qui illud apertū reliquerit.

XXI. Habeatur *d* ſemper tam de die, quam de nocte lampas collucens antè Altare Sanctiſſimi Sacramenti, alias graviter punientur, qui ad id ſivè ex officio, ſive ex commiſſione tenentur, etiam ſi ſint Regulares, & quomodolibet exempti, contrà quos tali caſu authoritate, qua in his fungimur Apoſtolica procedemus: Hic enim certè magnæ irreverentię defectus eſt, cui, non ſuppletur, ſi fortè lampas ardens diu, noctuque retineatur in Choro è conſpectu Tabernaculi, in quo hoc Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum aſſervatur, quia retineri debet, propè, & ante Altare Tabernaculi, prout mandamus.

XXII. Prohibemus *e*, etiam in propriis Eccleſiis Regularium, Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum publicè adorandum exponi, & multò minus illud proceſſionalitèr circumferri, niſi ex cauſa publica, quæ à Nobis, vel noſtro Vicario Generali dumtaxat probata ſit: Ex cauſa autem privata poſſint Regulares, non autem Parochi, dummodo Sanctiſsimum Sacramentum è Tabernaculo, non extrahatur, & velatum remaneat, ità ut ipſa Sacra Hoſtia videri, non poſſit.

XXIII. Et cum expoſitionem Sanctiſsimi Sacramenti publicæ venerationi haberi conceſſerimus, volumus, ut fiat in Altari majori, ſeù principali Eccleſiæ, non autem in lateralibus, & ſemper ardeant, ad minus duodecim candelæ ceræ albæ, & competentis ponderis in eodem altari: Perpetuò tamen volumus in poſterum quolibet anno publice venerationi hoc Auguſtiſsimum Sacramentum exponi, & quidem ſolemniter in utraque Cathedrali, & in omnibus Eccleſiis Parochialibus utriuſque Diœceſis, tribus ultimis die-

bus

a *Cap. ult. de Cuſt. Euch.* b *Cap. tribus gradibus de conſecr. diſt. 2.*
c *Cap. ſanè de celebr. miſſar. cit. cap. 1. de Cuſt. Euch.*
d *S. Rit Congr. ut reſpondit Gener. Cappuccinor. 22. Aug. 1699.*
e *Ut prohibet S. Rit. Congr. pluries apud Nicol. in floſcul. verb. Euchariſtia n. 23.*

bus carnis privii, hoc eſt die Dominica, die Lunæ & die Martis à mane, & per totum completorium ſumptibus noſtrarum, Venerabil. Cappellarum prout ad id de jure tenentur, & juxta ſolitum.

XXIV. Præces verò, & orationes, quæ cantari debent in principio expoſitionis Auguſtiſsimi Sacramenti, & immmediatè antè ejus repoſitionem eædem ſint, quæ hactenus ſervatæ fuerunt, & ſemper deſero, antè repoſitionem cantentur litaniæ de Beata Maria Virgine.

XXV. Et quoties publicæ venerationi exponitur Venerabilis Hoſtia in miſsis privatis, dicatur oratio *De Sacramento*, prout in rubrica; In miſsis verò cantatis ſolemnibus, ſi hujuſmodi expoſitio fieri contingat in Cathedralibus, ſi id accidat in feſto primæ, vel ſecundæ claſsis, ſivè in Dominica privilegiata primæ, vel ſecundæ claſſis, tunc in Cathedralibus, vel duæ cantentur miſſæ *a* una de feſto, ſeù Dominica poſt tertiam, altera votiva de Sacramento poſt nonam, vel una cantetur de die cum commemoratione Sanctiſſimi Sacramenti: in miſſis tamen privatis dicta oratio *de Sacramento* erit *b* omittenda in feſtis primæ, & ſecundæ claſſis.

XXVI. Numquam celebretur miſſa, quam ſolemnis in Altari, ubi fieri contingerit expoſitio Auguſtiſſimi Sacramenti; Et in miſſis privatis, quæ celebrantur, durante expoſitione Sanctiſſimi Sacramenti, prohibemus tangi tintinnabulum in elevatione, & celebrari miſſas de requie *c*, prout prohibemus *d* in quibuſcumque miſſis de requie, ſive privatis, ſivè cantatis ſacram communionem Chriſti fidelibus diſtribui.

XXVII. Hortamur omnes, & quoſcumque, & præſertim Eccleſiaſticos, tùm Sacerdotes, tum in ſacris conſtitutos, & Clericos quoſuis, ut cum omni pietate, & religione expoſitioni Sanctiſſimi Sacramenti aſſiſtant, ſaltem duo de continuo propriis veſtibus eorum Dignitati, & gradui induti, genuflexi per turnum, & circumſtent antè menſam Domini Salvatoris noſtri, & ubi non fuerit eorum numerus ſufficiens per confratres cum propriis ſaccis noſtrarum Vener. Confraternitatum Sanctiſſimi Sacramenti juxta directionem horarum per noſtros officiales in Cathedralibus, & in aliis locis per Archipresbyteros, & Parochos, faciendam, ſuppleatur.

XXVIII. Non ſine animi noſtri ſolatio conſpicimus cultum, qui circa Sanctiſſimi Sacramenti delationem ad infirmos in hac Civitate ſervatur in qua revera religio, Chriſti fidelium pietas permaximè elucet, & ad quam propagandam Romani Pontifices illud aſſociantes, variis Indulgentiis, multiſque privilegiis, & immunitatibus cumulaverint; Quapropter plurimum eorum zelum, quem hactenus ſervarunt commendamus, & in aliis locis, ubi fortè nondum fuit promotus excitamus, & ubique, tùm in Auguſtiſſimi Sacramenti delatione, tum in communicandis infirmis cæremonias, & ritus

a *S.R.Congr* 13.*Febr.* 1666. b *Ead.S.C.*2.*Decemb.*1684. c *S. R. Congr.* 2.*Decembris* 1684. d *Gavant.in rubr.Miſſal.p.*2.*tit.*10. *n.*6.*lit.H.*

ritus a Rituali Romano præſcriptos omninò ſervari mandamus.

XXIX. Parochi verò, quibus ſpecialis cura incumbit, omnem adhibeant diligentiam circà prædictorum obſervantiam, & cohortamur omnes alios Sacerdotes, & permaxime Clericos, Subdiaconos, & Diaconos, quod ſemper aſſocient hoc Auguſtiſſimum Sacramentum, & eorum ſit hæc ſpecialis cura Clericorum præſertim, ut ad Eccleſiaſticorum exemplum Populum pariter ad Eandem aſſociationem reddatur alacrior, & magis inflammetur.

XXX. Prohibitum tamen volumus, ſub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ ipſo facto incurrenda, mùlieribus omnibus, nè, illud noctis tempore, hoc eſt à pulſatu, ad pulſatum campanæ, qui fit de ſero, & de mane pro ſalutatione Angelica aſſociare audeant, ſed potius cum pulſatum campanæ pro ejuſdem Sanctiſsimi viatici delatione audierint, eidem SS. Sacramento corde, & animo ſe humilient, & præces pro ſalute Infirmi, ad quem Sanctiſsimum Viaticum deferri contingerit, Deo effundant, prout quoque ſub eadem pœna eas arceri volumus ab omnibus proceſſionibus, quæ fiunt de nocte, præſertim feria quinta in Cœna Domini, & ab eiſdem Eccleſiis, quocumque tempore poſt ſalutationem Angelicam, quas propterea, nec minus ſub prætextu, quod Sanctiſsimum velint venerari, Sacriſtæ permittant pulſato ſigno ſalutationis Angelicæ de ſero, ut præfatum eſt.

CAPUT V.

De Sacramento Pœnitentiæ.

UBI

De Præbenda Pænitentiariæ.

I. Chriſtus Dominus, qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem paſſus fuit ſub Pontio Pilato, Crucifixus, mortuus, & ſepultus, omne medium adhibuit, pro ejus conſequutione; Et quidem contra culpam originalem Sacramentum Baptiſmatis, & contra peccatum actuale hoc pęnitentiæ Sacramentum, tamquam ſecundam tabulam poſt naufragium inſtituit. Ita ut ſine eo ſaltem in voto, quod in actu perfectæ contritionis includitur, nullus ad finem à Chriſto Domino intentum pervenire poteſt, qui poſt baptiſmum aliquod peccatum mortale commiſit.

II. Curent propterea Parochi *a* populum ſibi commiſſum, de hujus Sacramenti neceſsitate, de ſuis partibus eſſentialibus, aliiſque requiſitis ad illud digna ſuſcipiendum inſtruere. Multi enim, quia errant, quod faciunt multo

a Cap omnis utriuſque ſex. de pęn. & rem. Trid. ſeſſ. 14. de pæn. cap. 5.

Digitized by Google

multo toties ad illud accedunt ſine peccato, & recedunt ſacrilegi: Et propterea ad hoc admirabile munus excipiendi Sacramentales Confeſſiones exercendum cum fructu tàm quo ad sè, quàm quo ad Pœnitentes, feriò incumbant Parochi, & Confeſſarii, & præceteris Pœnitentiarius probatorum Authorum in Theologia morali lectioni, ad quam certè tenentur, & quidem quotidiè, itàut nunquam ſatis ſit ſtuduiſſe.

III. Et diſcant lepram à lepra diſtinguere, & recognoſcere neceſſaria pharmaca, quæ porrigere, quævè ſub miniſtrari poſſint ægrotantibus: Non enim ſufficit, quod infirmi ſua vulnera medico patefaciant, niſi ille recognoſcat morbi qualitates, & pharmaca opportuna pro eorum cura: Et ſæpè hac de re perlegant propoſitiones damnatas à Sancta Sede, notulam caſuum, & cenſurarum Sedi Apoſtolicæ reſervatorum, & præſertim has noſtras, etiam Synodales cum caſibus, *a* & cenſuris reſervatis, Unde quos abſolvere, quoſque ligare poſſunt, peccatores, ad ipſos recurrentes, dignoſcere poterunt.

IV. Meminerint autèm omnes ſub quovis titulo Sacramentales Confeſſiones excipientes, ut hoc Sacramentum ex dignitate adminiſtretur, veſte talari, ac ſuperpelliceo, & ſtola utantur, præſertim diebus feſtivis, & quando Popolus eſt frequens, & numquam in angulis, & *b* remotioribus Eccleſiæ locis, ſed in ſede confeſſionali, quàm à locis minus patentibus, & obſcuris in Eccleſiis, etiam Regularium, & exemptorum penitus amoveri, & eam tali loco collocari mandamus, unde tam confeſſarii, quam Pœnitentes oculis omnium pateant.

V. Et extrà Eccleſiam *c* eas non excipiant, niſi ex juxtà, & rationabili cauſa, & multò magis rigoroſa correctione digni ſunt Confeſſarii, qui adhuc cubantes in lecto ſine rationabili cauſa hoc ſupremum in Dei Eccleſia officium exercent: Nec audiant Mulieres confitentes antè ortum, & poſt ſolis occaſum, & nunquam omninò nullo admiſſo prætextu cauſa, aut quesito colore in contrarium, extrà Sedem Confeſſionalem, & ubi non ſint crates ferreæ, vel ramineæ; quod ſi iſtæ fuerint infirmæ apertum volumus oſtium cubiculi, ut conſpici, non autem audiri poſſint.

VI. Notulam caſuum, & cenſurarum Sedi Apoſtolicæ, alteram caſuum, & cenſurarum Nobis reſervatorum in hac noſtra Synodo, in eadem Sede Confeſſionali fixam omninò retineant, graves pœnas ſubituri, qui ad id tenentur, ſi in hoc negligentes reperti fuerint.

VII. Summam, *d* Confeſſarii omnes, adhibeant in adminiſtratione hujus Sacramenti prudentiam, juſtitiam, & cum rigore manſuetudinem, imponendo pro qualitate criminum ſalutares, & præſervativas penitentias; Et coallaborent, ut pœnitentes, & gravitatem, & peccati malitiam agnoſcant:

a *Rit.Rom.de Sacr. Appen.* b *S.C.Ep.24.Iun.1620.* c *Iuxt. decr. Congr. S.Apoſt.Viſit.pro Urb.de mand.Urb.VIII.die 20. Iul.1625.*
d *Rit.Rom.hoc tit.*

At prorſus abſtineant à quibuſdam interrogationibus, quæ inanem redolent curioſitatem, & permaximè ipſos cautos volumus in interrogandis Adoleſcentibus, & Puellis, præſertim in materia impuritatis, ne dùm peccata arcere ſtudent, ea edoceant.

VIII. Abſtineant paritèr in hoc Sacro Tribunali à pertractandis negotiis ſæcularibus, & præſertim ſponſalibus, & matrimoniis: Compeſcant nimiam mulierum loquacitatem, & eas moneant, ut non aliena, ſed ſua confiteantur peccata, ſemperque tacendum nomen complicis.

IX. Accedentes *a* ad hoc Sacrum Tribunal rudes, qui principaliora noſtræ Sanctæ fidei rudimenta, & alia ad ſalutem neceſſaria prorſus ignorant, Confeſſarii, eos meliori, quo poterunt modo ob temporis anguſtiam, paternè inſtruant, & ipſos moneant, ut ad ſe redeant, vel addiſcere procurent ab aliis, & ſi omninò inhabiles, & rudes ipſos repererint, præſertim, quoad principaliora myſteria, Dei ſcilicet, & Remuneratoris, nec non Sanctiſſimæ Trinitatis, & Incarnationis, abſolutionem ſuſpendant omninò, præter quam in mortis articulo,

X. Nunquam verò eam impertientur *b* publicis peccatoribus, & in proxima peccandi occaſione liberè conſtitutis, & ſi millies promittant, quod eam removere velint; Nec abſolvantur, poſtquam illam removerint, niſi ea dederint ſigna emendationis, ut ipſi Confeſſarii prudentèr credere, & ſperare queant illos, non amplius ad ipſam redituros, & cum iis, qui in occaſione proxima peccandi reperiuntur, ſi fuerit involuntariè coacta, præſervativas, & ſalutares pænitentias adhibeant, aliaque remedia inſinuent, prout Spiritus Sanctus, cui ſe commendabunt, dabit ipſis eloqui.

XI. Si verò in materiis de contractibus, de Reſtitutione, ſivè in aliis caſibus aliquod incidat dubium, præſertim circa validitatem matrimonii, vel ſi dubitetur, num Conjuges jus petendi, vel reddendi debitum matrimoniale, & ſimilibus prudentèr expoſcant à pœnitentibus aliquod tempus, ut melius ſuæ, & illius conſcientię conſulere poſſint, & ubi caſus id tulerit ad Nos cum debita circumſpectione, cum conſulturi deferant: Et quo ad caſus, quorum abſolutio, vel diſpenſatio ſpectat ad Sacram Pœnitentiariam, ſeu ad Sedem Apoſtolicam ad eam facilitandam inſtructionem dabimus valdè utilem in Appendice.

XII. Quod ſi Pęnitentes quidquam reſtituere, & reſtitutionem per ipſum fieri volunt, promptum ſe offerat, id tamen ſedulò curet, ut à recipientibus ſyngrapham, ſeu ſcripturam de recepto exigat poſtmodum ſuo pænitenti exhibendam: Et ſi reſtitutiones faciendæ ſint incertis, ejus determinationem Pęnitentium arbitrio omninò relinquat; Et caveat nè eis injungat ſibimet, aut ſuæ Eccleſiæ, vel Conventui fieri; Etſi Pænitēs ſuæ voluntati ſe repoſuerit illam pauperibus Eccleſiis, vel aliis piis locis diſtribuat.

Ne-

a *Rit. Rom. ſupr. cit.* b *Rit. Rom. loc. nuper cit.*

XIII. Neque *a* directè, neque indirectè, & ſub nullo, neque graviſſimæ quantumvis neceſſitatis prætextu, ſignum aliquod, tum in actu Confeſſionis, tùm poſtea, & quocumque temporis decurſu de auditis in confeſſione exhibeant, ſed obſervent Confeſſarii religioſiſſimum ſigillum confeſſionis ſub pœnis contentis in Sacris Canonibus, aliiſque noſtro arbitrio reſervatis, quæ erunt ſeveriſſimæ, ſi fortè, quod abſit, caſus occurrere contingerit: Etſi ſibi facultas à Pœnitente fuerit facta revelandi audita in confeſſione, ea nec minus utantur, niſi in re magni momenti, & ubi locorum, Perſonarum, & rerum circumſtantiæ, id tulerint.

XIV. Contrà Confeſſarios *b* omnes, etiam Parochos, qui ad impudica Perſonas quaſcumque, & cujuſcumque ſint ſexus, ex ſibi confitentibus, ſivè in actu Sacramentalis Confeſſionis, ſivè antè, ſivè poſt immediatè ſollicitaverint ex nunc pęna excommunicationis latæ ſententiæ nobis reſervatæ, eos innodatos eſſe decernimus. Prout quoque Confeſſarii etiam Parochi, qui ad obſcena quaslibet ex ſupradictis Perſonis frequentèr, vel ut plurimum ſibi confitentes, licèt, non immediatè poſt Confeſſionem, verum occaſione ex ipſa confeſſione accepta induxerint, ſeù ſollicitaverint in eandem Excommunicationem ipſo facto incurrant.

XV. Prohibemus inſuper quoſcumque Confeſſarios, etiam Parochos excipere Sacramentales Confeſſiones earum Perſonarum, cujuſcumque ſint ſexus, cum quibus ipſi quomodolibet, & utcumque impudicè verſati fuerint, vel in maleficio, & ab abortu participant, eaſque ab eiſdem, aut aliis peccatis ſacramentalitèr abſolvere. Et noverint *c* Pœnitentes abſolutionem, quam contra hanc prohibitionem, ſeu declarationem obtineri forte contingerit, fore, & eſſe nullam, & invalidam.

XVI. Et monitos facimus *d* Pœnitentes quoslibet, cujuſcumque ſint ſexus, qui fuerint ad turpia ſollicitati, ſe teneri, & obligatos eſſe ad Confeſſarios Nobis denunciandum, etiam ſi ſollicitationi conſenſerint, nullatenus autem tenentur proprium conſenſum detegere, quem ſi detexerint, nihil de eo in denunciatione ſcribetur: Et ſimiliter denunciandus eſt Confeſſarius, qui tradit in actu confeſſionis, ſive antè, ſive immediatè poſt cartam Pœnitenti poſteà legendam, in qua ad inhoneſta ſollicitat, ſeu turpia pertractat, & qui dictam cartam ſcripſit non excuſatur, ſi eidem Confeſſario confiteatur, quaſi ipſe Confeſſarius valeat eum non obligare ad denunciandum.

a *Cap. ſi Sacerd. de off. iud. ord. c. dilectus de exc. Præl. cap. omnis utriuſque ſex de pæn. & rem.* b *Gregor. XV. Conſt. univerſi. & iuxt. lit. S. C. Inquiſit. Gener. 3. Octobr. 1626. cap. omnes cum ſeq. q. 30. q. 1.* c *Conc. VII. Prov. S. Carol. de Sacr. Pæn. vid. Bonac. de Sacr. Pæn. diſp. 5 q. 7. punct. 5. § 5. n. 10. Monacell. tit. 13. decr. circ. com. quotid. n. 15.*
d *Iuxt. lit. circul. S. Congr. Univerſ. Inquiſ. 17. Sept. 1624.*

XVII. Medici *a* prout ſtatutum fuit in Concilio Generali, ut cum primum ad Infirmorum curam vocantur, ipſos antè omnia moneant, ut Medicos advocent animarum, quod ſi poſt tres dies à prima viſitatione, vel niſi priùs aliter neceſſitas expoſcerit, non curaverint certo ſcire, num prædicti Infirmi idoneo Confeſſario peccata ſua confeſſi jam fuerint, pœnam excommunicationis latæ ſententiæ Nobis reſervatam incurrant,& ab ea nunquam eos abſolvi volumus, niſi per eos facta priùs obligatione de parendo huic mandato Eccleſiæ; Quod ſi Infirmus,Medicorum prædicto ſano conſilio non acquieverit ſub eadem pœna, ipſi ab ejus cura abſtineant, uſque quo Infirmus pœnitentiæ Sacramentum non ſuſceperit.

XVIII. Solum *b* animarum curam habentes in propria Parochia, & Pœnitentiarius per Civitatem, & Diœceſim poſſunt abſque alia approbatione, & licentia,hoc pœnitentiæ Sacramentum adminiſtrare, ſtatim, ac ad pœnitentiariam, & ad animarum curam per pacificam poſſeſſionem fuerint inſtituti. Quoad alios *c* verò nullus Sacerdos, ſivè ſecularis, ſive Regularis, audeat Sacramentales confeſſiones excipere, niſi anteà à Nobis approbatus, licentiam obtinuerit,& ſecus, ſi Regularis ſit, pænam excommunicationis ipſo facto incurrat, cui etiam ſubjicimus Sacerdotes ſæculares, qui id attentare auſi fuerint, aliis etiam pænis noſtro arbitrio reſervatis pro qualitate exceſſus punituros.

XIX. Et nunquàm dabitur Regularibus Sacerdotibus licentiam excipiendi Sacramentales confeſſiones, quamvis ad hoc munus ipſi, & peritia, & ſcientia idonei appareant, niſi à Monaſterii Præfecto literis teſtatum fiat eos in probatiſſimis, etiam pro Confeſſariis datis Sancti Caroli monitis de quibus in appendice ad hanc noſtram Synodum inſtructos eſſe, & vitæ diſciplina, ac moribus probatos haberi, ac dignos, quibus id munùs laudabilitèr imponatur; Et animadvertant Superiores in ho teſtimonii genere, ne quid teſtificando admittant, quod eorum religioſi conſcientiæ fraudi ſit in præjudicium prælibati muneris.

XX. Ità, ut ſine noſtra approbatione, & licentia prohibitum etiam cenſeri volumus, quibuſcumque Sacerdotibus, ſivè ſæcularibus, ſivè Regularibus, ut nec minùs Sacramentales confeſſiones peccatorum venialium excipere valeant juxtà decretum fel. record. Innocentii PP. XI. *de Commun quotidian.* Et hoc idem quoad alios quoſcumque, qui à noſtris Prædeceſſoribus eandem habuerunt approbationem,& licentiam, ſi à Nobis nondum fuerit recognita,& approbata, prout illis quoque, qui curam animarum habuerunt, ut ſi ab ea poſteà ſe dimiſerunt, *d* non audeant ſine aliqua noſtra approbatione, & licentia Sacramentales confeſſiones excipere, præterquàm in mortis articulo, in quo quilibet Sacerdos, quoslibet pœnitent
ob

a *Concil. Later. IV. ſub Innoc. III. Can. 22. . . . in Conſt. quæ incipit ſuper Gregem Dominicum.* b *Vid. Fagn. in cap. grave de Præben. num. 32.* c *Trid. ſeſſ. 23. de ref. cap. 15. Greg. XV. Conſt.* inſcrutabili. d *Innoc. XI. in decr. de com. quotidian.*

ab omnibus *a* peccatis, & cenſuris poteſt abſolvere, cum onere, quoad cenſuras ſe præſentandi coram ſuo legitimo Superiore, ad præſcriptum Sacrorum Canonum.

XXI. Et ſi quod abſit, aliqui, non Sacerdotes auſi fuerint Sacramentales Confeſſiones audire, meminerint ipſi Conſtitutionis Clementis VIII. incipientis, *& ſi alias*. Et Vrbani VIII. quæ incipit, *Apoſtolatus* in quibus contrà hujuſmodi temerarias Perſonas ultra Sacrilegium, quod committunt, cavetur inſupèr, ut degradentur, & brachio ſeculari tradantur pęnis debitis de hoc graviſsimo facinore puniturì.

XXII. Qui verò licentias falſas audiendi Sacramentales Confeſsiones formaverint, vel ab aliis falſo formatas ſcientèr uſi fuerint, & pænam excommunicationis, ut ſupra latam contrà excipientes confeſſiones ſine noſtra approbatione incurrant ipſo facto, et etiam aliis pænis, tum in jure ſtatutis, tùm contra falſarios per Nos determinatis punientur.

XXIII. Curent Parochi utriuſque Diæceſis, & præſertim Pænitentiarius, prout eiſdem diſtrictè præcipimus, ut ſemper ſint parati ad audiendas Sacramentales confeſsiones, abſque Perſonarum exceptione, *b* quas omnes benignitèr excipiant, & meminerint eorum ſupremæ poteſtatis, Judicis ſcilicet Medici, et Doctoris, quam exercent ſuper Animas Chriſti Sanguine redemptas; quod ſi fortè ſine legitima cauſa Pænitentes recuſaverint, aut eos, licet cum cauſa, debitis tamen modis, non dimiſerint, pro qualitate facti punientur.

XXIV. Quos tamen Pænitentiarium, *c* et Parochos pro præſentibus in Choro, ubi eius ſervitio ſunt addicti habendos eſſe declaramus, dùm audiunt Sacramentales confeſsiones in eorum Eccleſiis, ſivè in Sede Confeſsionali, ſivè extrà, vel Infirmis aſſiſtunt reſpectivè, non tamen pro tempore, quo ſine neceſſitate in Confeſſionali ſedent, nec confeſſiones audiunt, & nec Pænitentes expectant ad eos inſtruendos, aliis in Choro divina celebrantibus: Item nec ſi miſſam celebraverint, aut ſi privatum officium recitaverint, etiam ut opportunius confeſſiones audiant cenſendos eſſe preſentes in Choro.

XXV. Et non ſolum cenſentur *d* præſentes in Choro: ſed etiã proceſſionibus, & ſupplicationibus, ac D. functorum exequiis, quæ eo tempore, quo ipſi confeſſiones audiunt fiunt; Requiritur tamen, ut ſupra dictum fuit quod realiter Parochi, & Pęnitentiarii Confeſſiones excipiant, aut pænitentes ad eos inſtruendos cum effectu expectent.

CA.

a *Vid ſeſſ.14.cap.7. de caſ. reſer.* b *Can.qui vult p.de pæn.diſt.6.can. alligant.26.q.6.*

c *Vid.Barboſ.de Can.& Dignit.cap.26.num 20.* d *Barboſ ibid n 21.*

Digitized by Google

C A P U T VI.

De Sacramento Extremæ Unctionis.

U B I

De Viſitatione, & cura Infirmorum.

ADverſarius noſter *a* per totum noſtræ vitæ tempus circuit quærens quem devoret, ſed cum impedere nobis exitum vitæ perſpicit, vehementius omnes ſuæ verſutiæ nervos intendit ad perdendum nos pænitus, & à fiducia, etiam ſi poſſit Divinæ miſericordiæ deturbandos. Tunc igitur per maximè ad Sacramentorum præſidiū recurrendum eſt, & poſt quam Infirmis Sacramentum Pœnitentiæ fuerit adminiſtratum, & Sacra communione refecti, ſi poſſit dari talis opportunitas adhibendum eſt etiam hoc Sacramentum Extremæ unctionis.

II. Etenim hoc Sacramentum *b* non ſolum ad ſanitatem corporis, ſi animæ ſaluti conducat reparandam, ſed etiam, & quidem principaliter inſtitutum eſt ad conferendum Infirmo ſpeciale quodam gratiæ actualis auxilium tum ad ſuperandas tentationes in articulo mortis occurrentes, tum ad ſpem & confidentiam facilius, & firmius in Deum erigendam, tùm etiam ad morbi, & mortis moleſtias cum majori patientia tolerandas.

III. Curent propterea Parochi, ne ſub pęnis contentis in Sacris Canonibus, & aliis noſtro arbitrio reſervatis, quis eorum negligentia ægrotus ſine hoc Sacramento, quod magnum animæ, & corporis antidotum eſt, decedat: Ait enim Divus Iacobus ex Chriſti Domini noſtri inſtitutione. *Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſalvabit Infirmum, & alleviabit eum Dominus, & si in peccatis ſit, remittentur ei.*

IV. Meminerint tamen Parochi *c*, eos, ſi opportunè id fieri queat, inſtruere, quibus diſpoſitionibus illud recipi debeat, & de omnibus ejus effectibus, & quod licet, non ſit abſolutè neceſſarium, tamen ſine peccato gravi, ullo modo negligi, aut contemni poteſt, nè ſuis mirabilibus effectibus pro quibus inſtitutum eſt, in maximum ſui corporis: & animæ, præjudicium privetur: Et ſicuti Parochi debent illud adminiſtrare, dumtaxat infirmis in extremo vitæ periculo conſtitutis, ſic advertant, nè illud adeò differant, ut Ægroti ſenſibus, & rationis uſu deſtituti uberiorem Sacramenti gratiam, non percipiant.

V. Utantur ſemper Parochi *d* in adminiſtratione hujus Sacramenti veſt-

tala-

a *Trid. ſeſſ. 14 de Sacr. extr. unit. cap. 1.* b *Trid. ibid. cap: 2.*
c *C. in illud Superfluum diſt: 95. Catechiſ: Rom: par: 2: de Extr. unct. §: 12:*
d *Rit. Rom. hoc tit.*

Digitized by Google

talari, ſuperpelliceo, & ſtola; Habeant ſecum Clericum, qui aſperſorium ferat, & imaginem Crucifixi: Et curent, ut illud ſuſcepturi, prius Sacramenti pœnitentiæ lavacro à peccatis ſe emundent, & quod Sacra Euchariſtia ſint refecti, & numquàm in eadem infirmitate reiteretur, niſi diuturna ſit, ut cum Infirmus convaluerit iterum in mortis periculum incidit, quo caſu denuò hoc ſalutare præſidio muniatur.

VI. Quibus autem illud conferri, quo ritu, qua materia, & qua forma quævè corporis partes hac Sagra unctione liniri debeant, & cætera hujuſmodi ſi ſcire oporteat Parochus adeat Rituale Romanum hoc *eod. tit.*, & ut ibidem diſponitur circa adminiſtrationem hujus Sacramenti, ad unguem ſervet.

VII. Caveant Regulares *a* ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ Sedi Apoſtolicæ reſervatæ, & ne audeant hoc Sacramentum Clericis, aut laicis contra diſpoſitionem Sacrorum Canonum miniſtrare quod ſolum, eſt officium Parochi, & alii Sacerdotes, *b* non niſi in caſu neceſſitatis, vel eo mandante, hoc explere poterunt.

VIII. Sanctum Oleum, ne qua per diabolicas artes ei injuria afferatur nevè ulla in eo cuſtodiendo miniſtrorum incuria divini judicii diſtrictione coarguantur; mandat hæc Diœceſana Synodus, ut ſumma diligentia in Cathedralibus in Sacriſtiis, prout hactenus in uſum abiit, & in aliis Eccleſiis Parochialibus utriuſque Diœceſis patenti, & decenti loco à cornu Evangelii propè Altare majus clave muniatur, quæ in Cathedrali Gerontinenſi à Theſaurario Parocho, cujus eſt habere rei Sacræ ſuppellectilis curam; In hac Cathedrali Cariaten à Præfecto Sacriſtiæ, & in aliis Eccleſiis Parochialibus utriuſque Diœceſis ab eiſdem Parochis ſervetur ſub pænis noſtro arbitrio reſervatis, & in ejus oſtiolo à parte exteriori inſcribatur: *Olea Sacra*.

IX. Duo adſint pro hoc Sancto Oleo vaſcula, unum in quo cuſtodiatur illud in loco prædicto, & aliud pro delatione Olei Sancti ad infirmos intrà thecam, ſeu burſam ſericam, violacei coloris cum bombacio; quæ theca longieres cordulas habeat ut commodè poſſit à deferentis collo pendere, ſi aliquando contingat ſimul cum Sanctiſsimo Viatico ad infirmum ob mortis periculum deferre, & bombacium, quo in adminiſtratione Sacramenti uſus fuit abſtergendo partes in infirmo inunctas; apud Infirmum, non remaneat, ſed ſecum recollectum comburendum deferat, & vaſcula prædicta volumus, ut ſint argentea, & in Eccleſiis pauperibus ſaltem de ſtamno puro, quod pariter mandamus, quo ad alia vaſcula aliorum Sacrorum Oleorùm cum ſuis epigraphis ſolitis.

X. Quod Sanctum Oleum omninò renovari debet unoquoque anno *c* ve-

a *Clement 1. de Privileg. Clement. dudum de Sepult.* b *Catechiſ. Rom loc. cit. §. 27. Conc. Mediol. V. hoc tit. Eugen. IV. in Conc Flor. in decr.*

c *Conc Charthag IV Can. 36. relat. in can. Presbyteri qui diſt. 95 Rit. Rom. hoc tit.*

vetere igne conſumpto, & ejus cineres in ſacrario recondi, quod fiet ſtatim poſt novi conſecrationem, & prohibemus, prout de jure prohibitum eſt tam iſtud, quam ullum aliud Sacrum Oleum recipi ab alienis Epiſcopis, ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto incurrenda eiſdem Parochis, ſivè quibus eorum erit cura injungimus, nè ea ad uſum alienæ Diœceſis impertientur abſque noſtra expreſſa licentia.

XI. Et numquam omninò conſignentur Sacra Olea laicis, vel ſimplicibus Clericis, ſed ſaltèm alicui in Diaconatus ordine *a* conſtituto, qui illa in Sacrorum Oleorum diſtributione ſumat, & decentèr deferat ad ſuam Eccleſiam, à qua miſſus fuit, ſub pœna ducatorum decem, piis uſibus applicanda.

XII. Sciant tandem Parochi, non poſtremas eſse ipſorum partes, *b* nec eorum muneri ſatisfecisſe, ſi adminiſtratis Sacramentis infirmis, eos poſtea deſerant, ſed inſupèr teneri, & obligatos eſſe, quod ipſis ſub obteſtatione divini judicii injungimus, illos, non obſtante, quod eis fuerint adminiſtrata Sacramenta, interdum viſitare, & frequentius, quo magis ipſos gravari reppererint, quos iis monitis, ferventioribus precibus, & reiteratis actibus, præſertim Fidei, Spei, & Charitatis, aſsiduè, & tempeſtivè adjuvando ad vitæ exitum uſque proſequatur.

XIII. Quod ſi legitimè fuerint impediti, id præſtandum curabunt omninò per alios Sacerdotes, ut præfatum eſt hoc eodem *tit. 2. cap. 1. de Sacram. adminiſtr. num. 11.* aut ſaltem, & in omni caſu per laicos homines pios, & chriſtiana charitate præditos, ſed & in agonia laborantibus, & mox expiraturis, ipſi Parochi per ſe ſe hoc maximum præcæteris munus adimplere ſatagant, cum hoc ſit momentum unde pendet æternitas, alias, & carcere, & multis, & cenſuris, imò, & quo pejus poterimus, ſemper tamen ad formam juris, ſed abſque ulla prorsùs indulgentia per Nos punientur, ultrà flagitium, quod committunt, pro quo adſtricti ſunt coram Deo dare animam pro anima.

CAPUT VII.

De Sacramento Ordinis.

UBI

De Promovendis ad illum.

I. Quam ſollicitè debeamus Nos habere circa Perſonarum promotionem ad Altaris miniſterium, Chriſtus Dominus, qui non ſe ipſum cla-

a Gloſſ. Canon. Presbyteri Verb. per illum 96. diſt. apud D. Card. Petr. ad Conſt. 5. Innoc. VIII. ſect. unic. n. 18. b Rit. Rom. hoc tit. & Tit. de cur. Infir.

Digitized by Google

clarificavit, ſed à Deo dictus eſt Pontifex, juxtà ordinem Melchiſedech, ſatis Epiſcopos omnes edocuit, cum miſſurus Apoſtolos prius oravit, & ſolus oravit, ut cum ſcilicet majori attentione id faceret, & Apoſtolus mandat, ut manus citò nemini imponantur, nè peccatis alienis communicetur: Crimina enim electorum in illorum caput, qui eos elegerunt redundant.

II. Quicumque, itaque ad ordines promoveri deſiderat ſuum adeat confeſſarium, alioſque pios, & doctos viros, à quibus id conſulendum erit, quod aſſumendi muneris gravitati, & promovendi profectui magis in domine expediens viſum fuerit: Quocircà eos monitos facimus, ut de conſilio requiſiti illa, qua decet ſinceritate, promovendi, prius idoneitatem, vitam, ac mores inſpiciant: & quo ductum id faciant, an inquam ex Divini Spiritus impulſu, *a* vel potius humana ratione, ſeù reſpectu ut ij ſolùm ſeligantur, *qui vocantur à Deo, tamquam Aaron* ne propter indignum promotionis conſilium, & ipſi de ordinatorum flagitio, participes pariter fiant.

III. Et qui ad primam Tonſuram promovendi ſunt, advertant, ut neque per commodum, neque per gratiam id faciant; Nam, ut ait Sanctus Pontifex Gregorius, *b* hoc peccatum grave eſt, & ſine correctione hoc non patitur remanere, & ut de prædictis melius ipſi periculum faciant, volumus, ut per aliquod tempus de noſtri licentia veſtes clericales aſſumant, & ſuum quodamodo ad Eccleſiaſticam vitam, tyrocinium præmittant.

IV. Noſter autem Vicarius Generalis, promovendorum requiſita omdiligentia diſcutiat, *c* & Nobis ea referat ante ordinationem, qui, ut planè muneri ſuo ſatisfacere queat, ea ſaltèm per decem dies antè generalem ordinationem curet, ut ſibi exhibeantur, alias reiiciantur pro illa ordinatione.

V. Ad quoſcumque ordines *d* promovendi, ſi aliquo impedimento fuerint irretiti, non admittantur, prout quoque niſi de ſervitio præſtito in divinis, de frequentia Sacramentorum, Scholarum, ſeu. ſtudiorum, de exercitii doctrinæ Chriſtianæ, & ſimilium juxtà infraſcriptam notolam requiſitorum docuerint.

VI. Conſtitutione Concilii Turonenſis cautum eſt, ut Præsbiter priuſquam ad Præsbiteratus cõnſecrationem accedat, in Epiſcopio maneat ſuum diſcendi gratia officium, donec mores etiam, & actus ejus animadverti poſſint, ut ſi dignus repertus fuerit ad Sacerdotium promoveatur; Nos igitur eidem Conſtitutioni aliiſque Sacris Canonibus inhærentes, hac Synodali Conſtitotione edicimus inſuper, omnes ad Sacros ordines, vel ſaltem ad ſubdiaconatum promovendos per ſex ſaltèm menſes continuos antè ordinationem in noſtro Apoſtolico Seminario omninò commorari debere, alias nunc pro tnnc ab ordinibus ſuſcipiendis rejectos eſſe ſciant,

K Ha-

a *Cap. fin. de tempor. ord. in 6. Trid. ſeſſ. 23. de refor: cap.*
b *lib. 4. Epiſt. 55.* c *Can. 22. can. nullus & quando c. Epiſcopus diſt. 24. Trid. loc. cit. cap. 7.* d *Trid. ſeſſ. 23. cap. 5. 11. 13. & 14.*

VII. Habeant, etiam Promovendi a ad Sacrum Subdiaconatus ordinem Beneficium aliquod Eccleſiaſticum, vel Penſionem annui redditus ducatorum triginta, vel ſaltem viginti quinque monetæ hujus Regni omnibus oneribus deductis, vel ſi ad Titulum patrimonii ex cauſis Nobis benè viſis, non promovebuntur, niſi Patrimonium ſit ejuſdem annui redditus, non falſum, non fictum, non fiduciarium, non litis obnoxium, ſeu oneri æri alieno, hypothecæ, vel cuilibet ſuoppoſitum, adeò ut potiori jure ab aliquo repeti, nel evinci veleat, ſed verum, & effectivum, & hæc omnia authenticis documentis plenè juſtificari, & ſuper ei ſdem teſtes benè informatos prævio eorum juramento examinari mandamus.

VIII. Et experientia cum Nos doceat, quod quamplures excitentur lites pro hujuſmodi bonis patrimonialibus, poſtquam ea in patrimonium fuerunt aſſignata, ad ipſas, & ad quaſcumqne alias fraudes evitandas, ſtatuimus, ut in futurum in Eccleſiis propriis Archipresbyteralibus, vel Cathedralibus reſpectivè tribus Dominicis diebus, ſivè aliis feſtivis de præcepto, non continuis, cujuslibet Ordinandi Titulus materna lingua Populo denuncietur per ſequentem Syngrapham manu proprii Parochi ſubſcribenbendam, prout ſequitur.

XI. *Si fa ſapere ad ogn'uno, come il Cherico Acolito N. N. figlio di N. N. deſidera eſſer promoſſo al Sagro Ordine del ſuddiaconato, e pretende far approvare per ſuo Patrimonio l'infraſcritti beni. donategli dal detto N. N. ſuo Padre e. g. con iſtromento publico fatto per mano di N. N. publico Notaro ſotto il dì T. del meſe T. di queſto corrente Anno: Che però ſe alcuno ſap eſſe, che li detti beni, e loro frutti foſſero ſtati aſſegnati con qualche frode, che non ſpettaſſero à detto Ordinando, ò colui che glieli ha donato, ò vero che detti beni, ò loro frutti ſiano ipotecati, o in altra forma obligati, in modo tale, che il detto patrimonio non poſſa eſſer ſicuro, ò non arrivi all'annua rendità di ducati trenta, ò almeno di ducati venticinque dedottene li peſi, franca libera, ed eſplicita, ò vero, che in queſto patrimonio ſia qualche oppoſizione di falſità lo debba rivelare ſotto pena di ſcommunica. Dato*

Nota di beni Patrimoniali

N. N. Paroco.

X. Et ultrà præfatas Denunciationes, quæ fieri debent juxtà præſcriptam formulam decernimus, ut ea inſuper affigatur in valvis Eccleſiarum Promovendorum, ut magis Populo innoteſcat, & cum ſolito Proceſſu de prædictis omnibus conſtare debet in actis, & præſertim de affixione prædicta.

XI. Et qui Beneficium, Penſionem, ſeu Patrimonium, ad quorom titulum ipſe fuerit ordinatus reſignaverit, vel reſpectivè alienaverit, extinſerit, aut

a *Trid. ſeſſ. 21. de ref. cap. 2.*

Digitized by Google

aut remiſerit, non ſubrogato alio ſufficienti Beneficio, Penſione, aut patrimonio, de noſtri licentia, non niſi in terminis diſpoſitionis Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ.21.de refor.cap.2.* concedenda, ultrà nullitatem actus, erit ipſo facto ſuſpenſus ab ordinum exercitio,

XII. Monemus inſuper omnes, & quoſcumque, & eos in Domino adhortamur, ut cum Promovendorum deſiderium inter miſſarum ſolemnia per ſolitas Denunciationes Populo exponitur, ſi aliquod impedimentum ipſis contra eos innotuerit pro Deo, & propter Deum Vicariis locorum, vel Nobis ſcripto, aut Verbo ſecretò, & quo ipſis melius placuerit fidelitèr denuncient.

XIII. Nemo abſque ullo delectu, aut Perſonarum exceptione ad minores, vel ad majores Ordines admitti volumus, niſi peractis per decem dies Exercitiis ſpiritualibus apud Sacerdotem, ſivè ſecularem, ſivè Regularem per Nos ſuis aptis temporibus ad hunc effectum deſignandum *ad form. litt. circ. de mand. Venerab. Servi Dei Innoc. XI. ut in appendic.*

XIV. Meminerint autem, tum noſter Vicarius Generalis, tum omnes alii quibus Promovendorum requiſitorum inſtructio, & recognitio demandata, fuerit; Nec non Examinatores Synodales, quatenus quocumque humano reſpectu poſthabito, ſivè neceſſitudinis, ſivè amicitiæ, ſivè commendationis, ſolius Dei honorem, dignamque Miniſtrorum ſuorum aſſumptionem præ oculis habeant.

XV. Et ij magis caveant *a*, nè præfatorum officiorum ſuorum intuitu reſpectivè antè, vel poſt inſtructionem, diſcuſſionem, vel admiſsionem requiſitorum, ſivè ipſum examen; directè, aut indirectè à promovendis aliquid recipiant, ſub pæna ſuſpenſionis à divinis, in quam tàm ipſi recipientes, quam etiam dantes ultrà Symoniacæ labis pœnas, incurrant.

XVI. Ad Præſbyteratus ordinem promoti, primam miſſam, non celebrent abſque noſtra in ſcriptis expreſſa licentia gratis concedenda, quam obtinere, non tentabunt ſi in cærimoniis Eccleſiaſticis ab aliis, jam peritis Sacerdotibus per nos deſignandis, inſtructi, non fuerint.

XVII. Literæ Dimiſſoriales, quas pro Prima Tonſura, vel aliis ordinibus, tùm minoribus, tùm majoribus ab alienis Epiſcopis ſuſcipiendis in poſterum concedemus ſuum ad duos dumtaxat menſes, vel longius pro loci diſtantia tempus pro noſtro arbitrio præſcribendum effectum conſequi poſſe volumus; Et ultrà terminum in illis aſſignatum nullæ ſint, & invalidæ; ità ut illarum vigore promoti pænam ſuſpenſionis ab exequutione ordinum ſuſceptorum, eo ipſo à Sacro Concilio Tridentino inflictam, non effugiant.

XVIII. Prout quoque decernimus exteros, qui literas dimiſſoriales ſui ordinarii pro certis ordinibus recipiendis Nobis directis deferunt per Curiam

 no-

b * *Extrav. cum deteſtabile §. ſtatuentes de Sim. Trid. ſeſſ. 21. de reform. cap. 1.*

Digitized by Google

noſtram, non admittantur, ſi duobus, vel tribus menſibus, antè Sacras ordinationes, quibus initiati ſunt datæ fuerint, niſi ob loci diſtantiam, aut ordinandorum diuturnã à ſuis Epiſcopis abſentiã, aliavè id generis causã, vetuſtiores, admittendas eſſe, adiudicaverimus.

XIX. Moneantur Superiores Regulares, quod daturi literas Dimiſſoriales pro ſuis ſubditis, etiam Regularibus, qui ad ordines promoveri voluerint, illas ad Epiſcopum Diœceſanum, nempè illius Monaſterii, ſeù Conventus, in quibus ordinandi ſunt de familia, dirigere debent, juxtà decretum Sacræ Congregationis Concilii Tridentini, de ordine Fel. record. Clementis PP. VIII. editum, & ad Subdiaconatum promovendi autenticum teſtimonium de ſolemni emiſſa profeſſione, & de exercitiis ſpiritualibus factis in Cancellaria exhibeant.

XX. Regulares, ut ultimo fuit declaratum per Sanctiſs. Dominum noſtrũ Benedictum PP. XIII. ſuorum vigore privilegiorum tuto, & abſque novo indulto Apoſtolico extrà tempora Sacris initiantur. Et hic referre placeat per extenſum hoc Synodale decretum.

XXI. *Quo verò ad Regulares privilegia a Summis Pontificibus habentes, ſiuè expreſsè, ſiuè per viam communicationis conceſſa, ſacros, videlicet ordines extra tempora ſuſcipiendi cum priuilegia ipſa in ſuo robore perſiſtant, nec iis derogatum fuiſſe conſtet, decernimus proindè Regulares eoſdem abſque nouo Indulto Apoſtolico tuto poſſe extra tempora ordinari.*

XXII. ORDINANDORUM REQUISITA
XXIII. *AD PRIMAM CLERICALEM TOSVRAM*

Primò. Fides Baptiſmi, ut conſtet de legitima ætate.
Secundò. Confirmationis
Tertiò. Matrimonii Parentum, ut legitimi natales appareant niſi alias ex Fide Baptiſmi id conſtiterit.
Quartò. Perquiſitionis Curiæ laicalis, dummodò promovendus annum decimumquartum, attigerit.
Quintò. Bonæ vitæ, ac morum per teſtium examinationem
Sextò. Frequentiæ Scholæ, aut ſtudii.
Septimo. Fratrum viventium, & quis ipſorum ſit major
Octavo. Publicationum in propria Parochia.
Nono. Eccleſiæ ſervitii, cui fuit adſcriptus, poſtquam cum debita licentia veſtes aſſumpſerit Clericales, ut ſupra *hoc eod. capit.* decretum fuit *num.* 3.
Decimo! Et exercitiorum ſpiritualium per decem dies

AD

Digitized by Google

XXIV. *AD MINORES ORDINES*

Primò. Fides Baptiſmi, ut conſtet de legitima ætate.
Secundò. Literæ Teſtimoniales collationis Primæ Tonſuræ.
Tertiò. Servitii Eccleſiæ.
Quartò. Fides frequentiæ Scholæ, aut ſtudii.
Quintò. Publicationum in propria Parochia.
Sextò. Frequentiæ Sacramentorum.
Septimò. Bonæ vitæ, ac morum per teſtium examinationem.
Octavo. Doctrinæ Chriſtianæ vacaſſe, Parochos in Rudium inſtructione adiuvando.
Nono. Perquiſitionis noſtræ Curiæ Epiſcopalis.
Decimo. Exercitiorum ſpiritualium per decem dies.

XXV. *AD S. SVBDIACONATVS ORDINEM*

Primò. Fides perquiſitionis noſtræ Curiæ Epiſcopalis.
Secundò. Baptiſmi, ut conſtet de anno 22. incepto.
Tertiò. Servitii Eccleſiæ.
Quartò. Scholæ ſeù ſtudii.
Quintò. Frequentiæ Sacramentorum, & doctrinæ Chriſtianæ.
Sextò. Bonæ vitæ, ac morum per teſtium depoſitionem.
Septimò. Publicationum in propria Parochia.
Octavò. Titulus Beneficii, Penſionis, aut Patrimonii annui redditus ſaltem ducatorum viginti quinque.
Nono. Literæ Collationis Acolythatus.
Decimo. Fides peritiæ in cantu Gregoriano.
Undecimo, Exercitiorum Spiritualium per decem dies.

XXVI. *AD DIACONATVS ORDINEM*

Primò. Fides Baptiſmi, ut conſtet de anno 23. incepto.
Secundò. Publicationum in propria Parochia.
Tertiò. Perquiſitionis noſtræ Epiſcopalis Curiæ.
Quartò. Servitii in divinis.
Quintò. Doctrianæ Chriſtianæ.
Sextò. Exercitiorum Spiritualium per decem dies.
Septimum. Perceptionis fructuum Beneficii, Penſionis, aut Patrimonii.
Octavo. Examen duorum teſtium, quod ſit bonæ vitæ, ac laudabilium morum.

No-

Nono Literæ collationis ordinis Subdiaconatus.

XXVIII. *AD PRÆSBITERATVS ORDINEM*:

Primò. Fide Baptiſmi, ut conſtet de anno 25. incepto.
Secundò. Literæ Collationis Ordinis Diaconatus.
Cætera verò requiſita, prout dictum eſt de Ordine Diaconatus:

§. VNICUS.

De Officio Exorciſtæ.

I. HOc officium, quod nonniſi in Jejunio, & oratione *a* exercetur, agredi certè periculoſum eſt: Quomodo autem, & à quibus exequi debeat, Rituale Romanum certas præſcribit regulas, eoque propterea, ubi caſus occurrerit, uti volumus, prout quoque, ut nemo *b* ſine noſtra inſcriptis obtenta licentia ſub pœna ſuſpenſionis à divinis ipſo facto incurrenda hoc pium opus, exercere audeat, & ſi fuerit Regularis punietur tùm arbitrio noſtro, tùm facultatem excipiendarum Confeſſionum Sacramentalium ſi obtinuerit, ipſo jure amittat; abſque ſpè eam ulterius, obtinendi.

II. Et ſi quis, quod Deus *c* avertat, hujus miniſterii Sanctitate abuſus aliquem hac occaſione arrepta ad turpia induxerit, ipſo facto ſit excommunicatus, aliaſque in eum, corporalibus pœnis graviter animadverti decernimus: Et pari modo ſi ex hoc gravi miniſterio, exorcizans, id ad captandum ſibi lucrum, & quæſtum, exequatur graviter punietur, at multò magis ſi mercedem aliquam exindè exigere auſus fuerit.

CAPVT VIII.

De Sacramento Matrimonii.

I. APoſtolus ad Epheſios de matrimonio loquens, *Sacramentum*, inquit, *hoc magnum eſt, Ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia*: Quæ Apoſtoli verba explicans, Sanctus Auguſtinus *e hoc Sacramentum*, ait, *in Chriſto, & in Eccleſia magnum, in ſingulis quibuſque viris, atque uxoribus minimum; ſed tamen conjunctionis inſeparabilis Sacramentum*: Quibus

a *Ritual. Roman. rubr. de exorc. ob ſeſſ.* b *S.C.C. 1. Iul. 1606. & S.C. Epiſcop. in florent. 22. Febr. 1675.* d *Ritual. Rom. in cit. rubr. § mulierem.*
e *lib. 9. de nupt. & corrup. cap. 21.*

bus verbis docet matrimonium eſſe Sacramentum magnum quidem, quatenus Chriſti cum Eccleſia conjunctionem ſignificat, minimum verò in dignitate, ſi conferatur cum aliis Sacramentis, unde, & ultimo loco intèr ea numeratur.

II. Hoc autem Sacramentum præter gratiam ſanctificantem, quàm confert, quod illi cum aliis Sacramentis commune eſt, & gratiam Sacramentalem, quæ illius propria eſt, & peculiaris, conſiſtitque in quibuſdam ſpecialibus gratiæ actualis auxiliis, *a* quæ hujus Sacramenti intuitu, conjugibus opportuno tempore conferuntur ad ipſius matrimonii officia debitè, ac rectè obeunda: Tres ſunt præterea hujus Sacramenti effectus, qui alio nomine vocantur bona matrimonii, ſcilicèt Sacramenti indiſſolubilitas, prolis legitima ſuſceptio, ac pia educatio, & Thori conjugalis fides.

III. Certum eſt enim, matrimonium inter chriſtianos legitimè contractum, & ab ipſis conſumatum, eſſe omninò indiſſolubile, quoad vinculum, licet quoad Thorum, & cohabitationem poſſe Vxorem, & Virum ad invicem, ex juxta cauſa, *b* coram Nobis dumtaxat, deducenda, ſeparari: Et quoad bonum prolis, in dubium ſimi itèr eſt illud à Deo inſtitutum eſſe, ad generis humani conſervationem, & multiplicationem, imò ad ipſius Eccleſiæ propagationem, proindeque Parochi moneant Conjuges, quod qui in ipſius matrimonii uſu aliquid faciunt, quo generatio prolis impediatur, gravitèr peccant, niſi amore virtutis, & ad liberiùs, & perfectiùs Deo inſerviendum, pari conſenſu continentiam ſervare velint, & tali modo ſine dubio excellentiorem adhuc vitam ſequerentur

IV. Quod denique ad Thori conjugalis fidem pertinet, advertant Conjuges, primò, ut altero vivente, alter Conjux cum àltera Perſona, non contrahat, nec ullo modo permiſceatur, imò, nec ullum illegitimum affectum deliberatè admittat, *c* & quamvis alter Conjugum diutiſſimè abſit, nec ſcire queat, utrum adhuc vivat, an verò è vita migraverit, nunquam licet ad alias nuptias tranſire, donèc de ipſius morte certò non conſtiterit.

V. Et deinde, ut ambo Conjuges mutuò cohabitent, & mutuò ſibi *d* obſequia in adminiſtranda re familiari, & filiorum educatione præſtent, ad quod quidem reciprocè obligantur: Et tandèm, ut Vir, & Vxor ſibi mutuò debitum conjugale reddant, *e* quos Parochi moneant hanc mutuam obligationem reddendi debitum conjugale eſſe ſub mortali, *f* ſi altèr conjugum ſeriò, inſtanter, & rationabiliter id petat.

VI. Ad hoc autem, ut Matrimonium, non modò validè, ſed etiam licitè contrahatur, quam plura ex inſtitutione Eccleſiæ, curandum eſt, ut præmittan-

---

a *Vt explicat Petrus de Ledeſma. cap. p. de matr.*
b *S. Aug. lib. de adult. cuiuſq. cap. 12. & Epiſt. 25 & lib. 2. de conſenſ. Evang. cap. 2.*
c *Cap. Dominus, de ſecund. nupt.* d *Cap litera de reſt. ſpol.*
e *Apoſt. 32 p. Corinth. 7 S. Thom. in 4. diſt. q. unic. ar. 2 q. p.*
f *Sanchez lib. 9. diſp. 2. de matr.*

tantur, ac ſedulò propterea edoceant Parochi Populos ſuæ curæ concreditos dè gravitate hujus Sacramenti, ut ſciant quid conjugali fidei, quid Proli, quid ipſi Sacramento, prout diximus debeant; Et Nos ſequentes Synodales regulas pro noſtra paſtorali, quàm gerimus cura, tum ex Eccleſiæ instituto: tùm ex jis, quæ hic verſantur in foro edicimus, & reſpectivè confirmamus.

VII. Præmittatuntur igitur *a* de noſtri, vel noſtri Gen. Vicarii ordine in ſcriptis, in calce memorialis per ſponſos præſentandi tres denunciationes, ad præſcriptum Sacrorum Canonum, & Sacri Concilii Tridentini, & ante eas matrimonia in faciem Eccleſiæ, non contrahantur. Qui autem ſinè debitis denunciationibus, & ſolemnitatibus, tùm à Sacro Concilio Tridentino, tum à Rituali Romano præſcriptis, vel cum inobſervantia formæ noſtri Epiſcopalis fori, vel ſine aliis Canonicis requiſitis, licet coram Teſtibus, & Parocho ſimulatè accerſito, ſivè fraudolenter, vel alias violenter adducto, matrimonium per verba de præſenti inter ſe contrahere præſumpſerint, tàm viri, quam mulieres, ſeù tàm ſponſus, quàm ſponſa, eiſdemque auxilium, vel conſilium dantes, ipſo facto, ipſoque jure ſiut excommunicat:

VIII. Parochos verò, Archipræsbyteros, alioſve, eorum vices tenentes, qui matrimoniis modo prædicto contractis malitiosè, vel ex negligentia eorum aſſiſtentiam *b* præſtiterint, pœnis in Sacris Canonibus contentis, aliiſque noſtro arbitrio taxandis puniri decernimus.

IX. Et Denunciationes ad Matrimonium ad præſcriptum Sacr. Concil. Trid. præmittantur tribus continuis diebus feſtivis, & quidem à proprio Parocho inter miſſarum ſolemnia: Et ſi in diverſis locis noſtrarum Diœceſum contrahentes habitent in utriſque trinæ denunciationes ſiant; ſi verò in diverſis Parochiis hujus Civitatis, ſeu alterius Gerentiæ. attendatur inter Parochos, quoad denunciationes conſuetudo, ut in hac Civitate, ubi denunciationes ſiunt per Parochum ſponſæ, non autem per Parochum Sponſi, prout ſit in Civitate Gerentiæ.

X. Nunquam tamen deveniant *c* Parochi ad dictas denunciationes, niſi prius utriuſque exploraverint conſenſum, & num ſecretò alicui voto Religionis, vel caſtitatis fuerint obnoxii, ſimulque eos examinent ſupèr fidei rudimentis, ut ſi liberi eorum conſenſum præſtandum, non habuerint, vel aliquo voto ſecreto fuerint innodati, vel ſi ipſos inſtructos circà rudimenta noſtræ Sanctæ fidei, & alia quæ ſcire, credere, & facere ad noſtram ſalutem neceſſaria, prout dictum fuit *titul. primo cap. 2. de doctrin. Chriſti* minimè repererint, matrimonium contrahendum, non publicent, niſi prius obſtacula prædicta, ut fieri poterit, auferantur.

XI. Si peractis denunciationibus duo *d* effluxerint menſes, non aſſiſtant Parochi matrimoniis, ſed expectetur alterius quoſque proclamationes, renoven-

a *Trid. ſeſſ. 24. de reſ. matr. cap. 1.* b *cit. Trid. d. ſeſſ. 24. de reſor. Matr. cap. 1.*
c *Rit. Rom. hoc tit. verſ.* has autem. d *Rit. Rom. loc. cit. verſ.* Si vero infra.

ventur; Et ſi diutiùs, quàm par eſt, ſponſalibus contractis matrimonii celebratio differatur, certiores Nos faciant, ut opportunè providere poſſimus, & non deveniant ad denunciationes, ſi prævideant, quod non ſtatim matrimonium de præſenti ſubſequi debeat.

XII. Incurrant excommunicationis pœnam ipſo facto, quicunque *a* vera impedimenta, non revelaverint, aut falſa, & doloſa excogitaverint ad matrimonium contrahendum, atque hoc quocumque modo impediant, nè contrahatur, vel jam ritè contractum, ne conſumetur, vel qui veneficiis, vel incantationibus utuntur in Conjugum, vel aliorum perniciem.

XIII. Parochus ſtatim deſiſtat, ſi eidem deferatur *b* aliquod impedimentum matrimonii, quamvis dubium ſit, à quacumque alia denunciatione, ſi aliqua ſuperſit facienda, & Nos, vel noſtram Curiam certiores reddat: Et pro denunciationibus, & privatis explorationibus prædictis caveant Parochi, vel alii quicumque aliquid directè, vel indirectè, recipere, ſed gratis fiant, ſalvo emolumento ipſis juxtà taxam in Appendice regiſtrandam, pro eorum atteſtatione de Proclamationibus, ſeu denunciationibus in ſcriptis tradenda.

XIV. Ut omnis improborum tollatur fraus, quæ evenire poteſt in probatione ſtatus liberi contrahentium, & crimini poligamiæ, ex quo tot mala procedunt, occurratur omnino, teſtes propterea ſuper ſtatu libero recipiendi, examinentur diligentiſſimè juxtà inſtructionem Sacræ Congregationis univerſalis Inquiſitionis de Urbe 21. *Aug.* 1670. nec facilè abſque delectu, ad teſtimonium ferendum recipiantur omnes, ſed Perſonæ probatæ vitæ.

XV. Quod ſi Contrahentes ſint exteri, vel etiam oriundi, qui à noſtris Diœceſibus diù abfuerint, eò diligentiùs diſcutiantur documenta eorum ſtatus liberi, nec alitèr admittantur ad matrimonium contrahendum: Vel ſi quis ex Sponſis ex noſtra Diœceſi per quatuor menſes continuos abfuerit, non promulgabitur matrimonium, nec illi Parochus aſſiſtat, ſine noſtra licentia in ſcriptis.

XVI. Minuſque contrahatur matrimonium, abſque ſolita ſchedula licentię noſtræ Curiæ, quæ in ſcriptis nunquam detur, niſi de omnibus neceſſariis, ad celebrationem tanti Sacramenti, eidem prius conſtiterit, & previo etiam examine judiciali ſponſorum, ſuper eorum ſtatu libero, & quod nullo voto ſint obſtricti, & inſupèr quod circa rudimenta noſtræ Sanctæ Fidei, aliaque, prout ſupra diximus *num.* 10. *hoc eod. cap.* ad ſalutem neceſſaria, fuerint reperti ſufficientèr inſtructi, ſi alias ſuper hoc Nobis viſum, non fuerit.

XVII. Et, ut Sponſi mereantur gratiam, *c* quæ ipſos ſanctificet, curent Parochi, ut antequam contrahant, vel ſaltèm triduò antè matrimonii conſumationem ſua peccata diligentèr confiteantur, & ad Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum pie accedant, nec celebretur in domibus privatis, ſed

L ſem-

a *Cap. cum inhibitio de clandeſt. deſponſ. § fin.* b *Cit. cap. cum inhibitio.*
c *Trid. ſeſſ. 24. de ref. matr. cap.* 1.

ſemper in propria Parochiali, & nunquàm ante ortum, vel poſt occaſum ſolis, & ſi ſecùs Parochi, vel eorum Viceſgerentes pœnam ſuſpenſionis ab adminiſtratione Sacramentorum ipſo facto incurrant.

XVIII. Quamquàm quartus, & quintus gradus conſanguinitatis, ſeu affinitatis nullum inducat impedimentum ad validè contrahendum cum remotior gradus ſit attendendus; Attamen hujuſmodi matrimonio, non aſſiſtant Parochi, ſivè eorum ſubſtituti ſub eadem pœna ſuſpenſionis ab adminiſtratione Sacramentorum ipſo facto incurrenda nobis inconſultis, ut conſuetum fuit: & id ad evitanda, quæ alias ex improborum malitia, vel hominum inadvertentia, aut ignorantia alias advenerunt inconvenientia.

XIX. Eodem die, quo Parochi, vel eorum ſubſtituti aſſiſtunt matrimoniis, deſcribant in libro *a* matrimoniorum, matrimonia contracta per eorum, & teſtium, qui fuerunt præſentes, nomina, & cognomina, quæ diligentèr adnotabunt, cum data diei, & loci contracti matrimonii, prout diximus de adnotatione baptizatorum ſupra hoc eodem *tit. cap. 2. de Sacram baptiſmi num.* 18., & quidem ſub pœnis ibidem contentis, quas hic contra transgreſſores Parochos, eorumvè ſubſtitutos pro repetitis haberi volumus.

XX. Ad ſolum Parochum *b* ſpectat Sponſos in matrimonium conjungere, eoſque benedicere, quod ſi quis Sacerdos, ſivè Secularis, ſivè Regularis ſit, ſine proprii Parochi licentia, & Noſtra, ubi opus fuerit ad præſcriptum alterius noſtræ Synodalis Conſtitutionis, *hoc eod. tit. 2. cap. 1. de Sacrament. adminiſtrat.* eos conjungere, aut benedicere auſus fuerit, pœnis juris, & præſertim in S. Conc. Trid. contentis, aliiſque noſtro arbitrio reſervatis, punietur, & eiſdem pœnis ſubjaceat Parochus, *c* vel ejus ſubſtitutus, nuptias ſecundo nubentium benedicens, ſivè mulier, ſivè etiam vir ad ſecundas nuptias tranſeat. *c*

XXI. Indignum eſt, ut matrimonii Sanctitas in obtentum, & occaſionē admittendæ turpitudinis cedat, & cum nimium, ut non ſine animi noſtri dolore experti ſumus, & in dies magis, ac magis experimur hoc malum ſic creſcat, ut ſponſæ magis accedant ad contrahendum in faciem Eccleſiæ Matres, quam Sponſæ: Et cupientes, ut par eſt, quantum in Nobis eſt huic malo occurrere; inhærentes Conſtitution. Synodalibus Prædeceſſorum noſtrorum, prohibemus ſub pœna librarum decem ceræ albæ elaboratæ piis uſibus applicandæ, aut excommunicationis cum cedulonum relaxatione, ſponſos antequam contrahatur matrimonium per verba de præſenti inter ſe, ullo modo, ulloque prætextu converſari, ſolemni, & primo publico eorum ingreſſu, ut vocant dumtaxat excepto, & non aliis vicibus.

XXII. Quodſi Sponſi poſt contracta ſponſalia; & antè matrimoni

(a) Vid. adnotat. *hoc eod. tit. cap. 2. n. 18. quib. add: Rot. dec. 233. n. 15. p. 10. dec.* [illegible] *p. 13. & dec. 44. n. 19. rec. & cor. Dunoz Jun. dec. 896 n. 3.* (b) *Cit. Trid. d. ſeſſ. 24. de ref. cap. 1.* (c) *Conc. Lat. in appendic tit. 2. de conjug. cap. 1.*

Digitized by Google

legitimè celebratum, non ſolum inter ſe verſati fuerint, ſed etiam carnalem copulam habuerint, adempta ſit facultas Confeſſariis ſponſum abſolvere, & eam Nobis reſervamus, cum autem hujuſmodi ſcelus, ut plurimum ex improba parentum, ſeu conſanguineorum, aut affinium indulgentia paſſim accidere compertum ſit, præfatos omnes, & ſingulos, qui dictam carnalem copulam, vel eos, ut ſupra converſari, antequam contrahatur matrimonium per verba de præſenti, permittunt, à Sacramento pœnitentiæ ipſos arceri volumus, & facultatem eos abſolvendi Nobis reſervamus dumtaxat.

XXIII. Seriò tamen monemus Parochos omnes, & eiſdem injungimus, ut pro eorum prudentia, & pietatiſ officio, ſtudeant hujuſmodi mala profligare ſalubritèr admonendo prædictos, hæc graviſſima peccata, ità divinam indignationem provocare, ut ipſe Deus, non rarò permittat inter coniuges diſſidia, in propria prole infortunià, in ſubſtantiis diſſipationem, in tota familia dedecus, clades, & cedes, & pœnis ipſos Parochos, eorumve Æconomos, & ſubſtitutos, omninò ſubjacere volumus, quibus in aliis conſtitutionibus Synodalibus innodantur, ſi in atteſtatione, de Denunciationibus fidelitèr noſtram non docuerint Curiam, de prædictorum controventione, ſi factis debitis diligentiis eam compererint.

XXIV. Curent prætereà Parochi, ut fides legitimi matrimoniis exhibeatur ſimul, ac cognoverint aliquem ignotum adveniſſe in propria Parochia cum extera muliere, de qua haberi poſſit falſa conjugii ſuſpicio, & ſi eos legitimis documentis, quibus inter ipſos, legitimum conſtet conjugium deſtitutos repererit, Nos, vel noſtram curiam certiores, prò opportuno remedio faciant, & hoc idem faciant inſuper ſub gravibus pęnis ſtatim, ac ipſis conſtiterit aliquos conjugatos à maritali convictu ſeparatos, vivere, & fortiùs ſi in adulterio permaneant.

TITULUS III.

CAPUT I.

De Divinis Officiis, & Horis Canonicis.

UBI

De Diſciplina in Choro ſervanda.

I. Sacra pſalmodia, qua cœleſtes emulamur choros, ſummo Deo obſequium perſolvimus, & Eccleſiæ cultum præſtamus; quapropter decet Sanctitatem, ordinem, & majeſtatem in ea ſervare, & ut Spiritu pſallentes, pſallamus, & mente, nec non ſervata rituum, & univerſæ Hierarchiæ concordia, veluti in cymbalis benè ſonantibus, laus ſit in Eccleſia Sanctorum.

II. Divina igitur officia cum laudibus, horæ, veſperæ, Completorium, miſſæ ſolemnes, & Conventuales in utraque noſtra Cathedrali, celebrentur quolibet die à Canonicis, Dignitatibus, aliiſque in Sacris Conſtitutis attentè, & devotè horis ſtatutis, pulſatis campanis, & ad alicujus inſtantiam, non differantur.

III. Verum cum à Capitulo Civitatis Gerentiæ ab aliquo tempore citrà, ut inaudimus hoc peculiare onus Dignitatum, & Canonicorum fuerit intermiſſum, ut non niſi aliquibus diebus dumtaxat in anno illud in eadem Cathedrali expleatur; non obſtante, quod Capitulum, Dignitates, & Canonici ſatis pro more Patriæ redditibus Eccleſiaſticis ſit proviſum; mandamus propterea, ut in eadem Cathedrali quotidie ſupradicta recitentur divina officia, prout exactè in hac Cathedrali Cariatenſi adimplentur, & ſi qua in contrarium habuerint jura, ipſis Dignitatibus, & Canonicis aſſignamus terminum duorum, imò, & quatuor menſium, ad ea deducenda, ad hoc, ut & ipſi, & nos noſtris conſcientiis in Domino ſatisfacere poſſimus.

IV. Curent etiam oppidorum, Terrarum, & locorum Archipræsbyteri utriuſque Diœceſis, ut eadem officia divina in eorum reſpectivè Eccleſiis expleantur ſaltem diebus ſolemnioribus, aliique, ſecundum laudabiliorem Eccleſiæ conſuetudinem, & nunquam prætermittant diebus Dominicis, & fæſtivis canere miſſam Conventualem, & veſperas adminus, & ſi moris ſit, ut id etiam exequatur quotidie diebus Quadrageſimalibus ſervetur omninò talis laudabilis conſuetudo, & major ubi ea introducta reperiatur.

V. Et in Matrici Eccleſia Oppidi Caccurii, in qua divina afflante gratia, cultus divinus in dies augetur, & quæ inſigniis Eccleſiarum Collegiatarum condecoratur, expleantur omninò, omnibus diebus Dominicis, & feſtivis de præcepto omnia divina officia cum interventu omnium Eccleſiaſticorum, etiam Clericorum, & pro eorum Diſtributionibus, redditus, & fructus bonorum per D. Nicolaum Pugliese, ad talem effectum, relictorum aſſignamus, ultrà aliam ſubventionem eiſdem in augumentum diſtributionum per Nos propè diem faciendam.

VI. Et pro Canonica directione divinorum officiorum in eadem ſupradicta Eccleſia Caccurii, officium Cantoratus, hac noſtra Synodo, etiam approbante perpetuò, cum certis per Nos determinandis emolumentis, erigimus; quod que ad vitam peritiori ex Eccleſiaſticis ejuſdem Collegii, niſi alias Nobis, & Succeſſoribus noſtris viſum fuerit, per concurſum in Cantu Gregoriano reperto, per Nos conferetur, cujus munus ſit, prout dicemus *tit.* 5. *cap.* 1 *num.* 17., ubi de officio Cantoris utriuſque noſtræ Cathedralis, quique Cantor futurus tertium in Choro, foro, & in omnibus aliis actibus locum, & vocem habeat, hoc eſt poſt Parochum cum omnibus aliis honoribus, & oneribus, quibus hujuſmodi officia habentes potiuntur.

VII. Et redeundo ad locum inde rationabiliter diſceſſimus, audito itaque ultimo ſigno Campanæ pro divinis officiis concelebrandis, omnes qui ſer-

ſervitio Chori ſunt addicti promptos ſe faciant in Sacriſtia, ibidem modeſtè ſe præparent, habitu chorali, hoc eſt ſupra veſtem talarem, cotta, & mozzetta, qui ejus uſu gaudent, ſe induant,& aliàs ſi prædictum habitum choralem, non habuerint, tamquàm abſentes à choro habeantur,ſi in eo convenire voluerint.

VIII. Et dato campanulæ Sacriſtiæ ſigno in egreſſu ab eadem per Digniorem in choro tacitè, & modeſtè bini, & bini ab ea procedentes exeant, & ubi fuerint in medio chori, Dignitates, & Canonici debitam faciant reverentiam Sanctiſſimæ Cruci, vel Sacris Imaginibus, quæ ſunt in Altare majori, alii verò genuflectant, vel ſi in eodem Altari majori Sacrum ſervetur Tabernaculum, vel ſalutaris Hoſtia ſit expoſita, omnes genuflectant, ſe mutuis inclinationibus ſalutent, & ſuum quiſque locum, & ſtallum adeat.

IX. Omnes in Choro divina officia, ut temporis ratio poſtulaverit, alternis vicibus canant, recitent, & attentè audiant, non curſim, non perturbatè, non oſcitanter, ſed lenitèr, diſtinctè, ac ſtudioſè, ſedeant, ſtent, genuaflectent, caput aperiant, & inclinent, ac alia hujus generis adhibeant ubi neceſſum ſit.

X. Non vagentur in choro,nevè locum mutent:faceſſant,ſomnus, riſus, joci,rixæ,colloquia,ab eis abſint omnino,nevè literas,libros,aliave ſcripta legant,ubi in choro communi officio opera datur privatur officium,non dicant, niſi divino officio terminato, & niſi aliàs neceſſitas poſtulaverit, quò caſu, nec exeant,non niſi petita venia ab eo, qui eſt Dignior in Choro.

XI. Quando celebrantur divina officia,ſi alicui per Chorum neceſſario ſit diſcendendum, vel incedendum, graviter, & modeſtè id fiat; Et ſi quis in prædictis quid commiſerit, & ſi per Digniorem in Choro, monitus non reſipuerit, puncƭetur, & pro modo culpæ, majores ſubeat pœnas.

XII. Si quis jam inchoato officio, vel miſſa veniat in Choro, ubi fuerit ibidem, inclinationem faciat, ſi ſit Canonicus, vel Dignitas Crucifixo, vel Sacris Imaginibus, & ſi, non ſit Canonicus, vel Dignitas, genuflectat, quod omnes etiam Canonici facere tenentur, ubi in Altari majori Sacra Hoſtia ſit expoſita, vel Tabernaculum ibidem aſſervetur, deindè inclinatus ſalutet hinc indè omnes alios de Choro, nudato capite,qui etiam cæteris paribus, aſſurgentes, eum conſalutent ſecundum perſonarum ordinem, tùm ad locum ſuum accedat, & ſi quis egreſſurus ſit, hoc idem religioſè exequatur.

XIII. Vnuſquiſque ſuo proprio muneri diligentèr incumbat, & cautus ſit, ne in aliquo erret, nec cunctetur, nec tempus præveniat, nihil ſibi ſumat, nec quidquam aliis præſcribat, niſi officium ſuum, id exigat.

XIV. Quando autem ſtandum ſit in Choro, genuflectendum, aſſurgendum, ac ſederi debeat, & omnia alia, quæ pro explendis divinis officiis in Choro requiruntur, ſerventur in prædictis, & ſimilibus, quæ diſponuntur in

in cærimoniali, & ſemper regulentur ex nutibus Magiſtri cærimoniarum i ſolemnibus functionibus: in aliis verò id ſpectet, ad Directorem Chor qui debeat aliis præeſſe, ſeque ipſis exempli formam præbere, uti caput i hebdomada, & hac de re infra menſem in Capitulis, & Communitatibu ubi non adſit per eaſdem eligatur Cæremoniarum Magiſter, qui in cęremo niis, & ritibus Eccleſiaſticis diù ſit verſatus.

XV. Et expletis in choro divinis officiis, non turbatim exindè diſcedan ſed dato ſigno per Digniorem, omnes ſe mutuo conſalutent, & ordine, qu venerant progrediantur, & cum fuerint in Sacriſtia, ibi modeſtè, & quie habitum exuant choralem, & qui ſecus fecerit, niſi ad monitionem Digni ris in choro reſipuerit, punctetur pro illa hora; & pro qualitate,& modo cu pæ aliis ſubjaceat pęnis, & multis.

XVI. Quod ſpectat ad cantum Eccleſiaſticum, vitandus eſt quantu fieri poteſt; cantus laſcivus, prophanus, raucus, aſper, vel diſſonans, ſe vox Cantorum ſit canora, ſuavis, liquida, atque acuta, habens ſonum, melodiam Sanctæ Religioni convenienter, & advertant ad ea, quæ hac d re innuit Beata Brigitta, Clericorum Cantus, ait, *non ſit preſſus, no fractus, non diſſolutus ſed honeſtus, & gravis, uniformis & per omnia humi lis, pſalmodia plus redoleat ſuavitatem, & devotionem, quam aliam obſten tationem*. Non vacat à culpa animus, quando cantantem plus delectat no ta, quam, quæ canitur, omninoque eſt abominabile Deo, quando men tis elevatio plus ſit propter audientes, quam propter Deum.

XVII. Ad hoc autem, ut prædicta ad majorem divini cultus augmentun & majeſtatem, & cum majori Populi plauſu, concurſu, devotione, & edi ficatione expleantur divina officia, præcipimus, ut unuſquiſque cantun Gregorianum addiſcat, & præſertim Dignitates, & Canonici, quique alia in poſterum admitti petierit in poſſeſſionem Canonicatus, vel Dignitatis e noſtris Cathedralibus examinentur prius ſuper cantu Gregoriano, & null modo admittatur, ſi in eo ſufficienter inſtructus repertus, non fuerit, & nec minus in hac Cathedrali Cariatenſi, prout in Eccleſia Caccurii, qui vis Sacerdos ſimplex ad ſolitam communitatem, & participationem niſi i cantu Gregoriano fuerit verſatus, de quo prius periculum facere debeat co ram Examinatoribus ad id à Nobis deputandis.

XVIII. Hebdomadarius officium exordiens ad finem uſque proſequi te neatur, alias punctetur; & ab illa hora abſens reputetur, dedecet enim, ut i eadem functione, modo unus exordiatur, modo alter incipiat: & proſeque tur: ſi ergò poſt inceptum officium ab uno in qualitate hebdomadarii, il lud fuerit incohatum, ab eodem proſequatur, & quod ipſo majores, ſivè fue rit Archidiaconus, ſivè Decanus, aut quavis alia præfulgeat Dignitate ha beat dumtaxat ſuum in ordine locum, non autem in officio hebdo madarii.

Prout

Digitized by Google

XIX. Prout in hac noſtra Cathedrali officium Chori expletur per turnum, diſtributis omnibus Dignitatibus, & Canonicis aliiſque ſimplicibus Sacerdotibus, & in Sacris Conſtitutis in tres hebdomadas; Ità in noſtra Cathedrali Gerentiæ ſimilitèr per turnum Canonicis,& Dignitatibus, aliiſque in Sacris conſtitutis ternuiorem numerum in duas hebdomadas, dumtaxat diſtributis, adimpleri indulgemus ad noſtrum arbitrium.

XX. Ad effugiendam, quæ evenire poſſet in Choro perturbationem ſi tempore divinorum officiorum miſſæ privatæ celebrarentur in ſummo Altare, prohibemus propterea, ne dicto tempore ibidem miſſæ privatæ legantur.

XXI. Officium dedicationis Eccleſiarum Cathedralium celebretur per totam Diœceſim, uti feſtum primæ claſſis; In Civitate tamen cum octava, extrà Civitatem ſine octava: Officium verò aliarum Eccleſiarum conſecratarum celebretur tantum intrà ipſas Eccleſias.

CAPUT II.

De Sacroſancto Miſſæ Sacrificio.

I. HÆc eſt illa oblatio munda, quam Malachias Propheta ſacrificandam à ſolis ortu, uſque ad occaſum in omni loco vaticinatus fuerat, & quam Iſaias anticipato ſuavitatis ejus odore, illectus convivium vindemiæ defecatæ appellavit: Hinc quiſque advertat, quæ cura adhibenda ſit, ut miſſæ Sacrificium omni religionis cultu, & veneratione à Sacerdotibus, non tantum celebretur, ſed etiam ut ab adſtantibus, audiatur, & propterea quamplura ad id ex utraque parte requiruntur.

II. Ex parte itaque audientium, aſſiſtendum venit huic mirabili incruento Sacrificio, nudato capite, flexis genibus, excepto tempore, quo legitur Evangelium; tunc enim ſtandum eſt, nec non cum devotione,& attentione: Qui autem confabulando, ambulando, ſedendo, ſtando cum indecentia, & ſcandalo, ſeu aliquid quidpiam Dei majeſtate indignum operaretur, videat, num miſſæ Sacrificio debitam aſſiſtentiam tali modo ſe præſtitiſſe dicatur,& præcepto de audiendo Sacro diebus feſtivis de præcepto, quod Eccleſia mandat, ut eſt actus humanus, ac Religioſus, & per modum orationis, ſatisfaciat.

III. Moniti a propterea ſint Parochi, Confeſſarii, Concionatores, Catechiſtæ, aliique conſimiles Dei Miniſtri, ut coallaborent Populum inſtruere, quà corporis compoſitione, quavè devotione,& attentione aſſiſtendum ſit Sacrificio miſſæ, & ubi opus fuerit arguant, increpent, & obſecrent in omni patientia, & doctrina, ne ubi adeſt præſentialiter Chriſtus, Angeli circumſtant, Imagines Sanctorum venerantur, committantur abominationes. Ex

a *S. Th. 2. 2. q. 81. art. 7.*

Digitized by Google

IV. Ex parte *a* verò Sacerdotis, qui hoſtiam Sanctam, ac Agnum immaculatum immolat, qua maxima fieri poteſt, mundìtia, præparet animam ſuam, eamque decenti corporis habitu; & compoſito præadornet; Et hac de re appendatur in ſacriſtiis omnibus, vel alio loco apto, præcum tabellâ ſolita ad pedes alicujus Sanctæ Imaginis, vel crucifixi, ubi celebraturi alienis curis ſepoſitis, ſecum reputent myſterii dignitatem, & Sacris peractis, Deo ſuas debitas agant gratias.

V. Nullus audeat *b* ad ſacrum faciendum accedere ſine veſte talari ſub pæna ſuſpenſionis ipſo facto incurrendæ Nobis reſervatæ; ad quam etiam teneri volumus ſacriſtas, alioſque Eccleſiarum Rectores, Archipresbyteros Parochos, & ſimiles, qui Sacerdotes contrafacientes ad rem divinam peragendam admiſerint, & Sacriſtæ Regulares, aut quomodolibet exempti ad formam decreti Sacræ Congregationis Concilii *c* punientur.

VI. Permittimus tamen, ut in Eccleſiis ruralibus extrà Civitatem poſſint Sacerdotes Sacrum facere cum veſte talari adſcititia vulgo *Faldiglia*, vel cum veſte ſubgeniculari demiſſa ad medias tibias, quod extendi volumus pro Sacerdotibus in Civitate celebraturis, ſi fuerint exteri tranſeuntes, & alias celebrent omninò, & divinis officiis aſſiſtant cum veſte talari, & abſonum omninò ſit etiam Clericis, aut in Sacris conſtitutis, ut cottam induant in rebus divinis, Proceſſionibus, aliiſque ſimilibus functionibus Eccleſiaſticis ſuprà veſtem brevem, quam vocant *Giubba*, ſeu *Giamberga*, alias reiiciantur omninò ab eiſdem functionibus, & nullo modo admittantur ad eas, & ſi moniti, non reſipuerint, punientur pœnis noſtro arbitrio reſervatis, caſu neceſſitatis dumtaxat excepto, ut ſi de repetente Parochi ad adminiſtranda ſacramenta vocentur, & promptam, non habeant veſtem talarem.

VII. Nulli *d* abſque privilegio Sedis Apoſtolicæ, etiam ſi Decanali, Archidiaconali, vel alia quacumque præfulgeant Dignitate in noſtris Diœceſibus celebrent cum annulo in digito, multoque minus cum piliolo, alias ipſos multari mandamus pœna ducatorum ſex pro qualibet vice, & amiſſionis annuli in beneficium Eccleſiarum, in quibus celebraverint.

VIII. Sacerdotes *e* autem ſic interius, & exterius præparati ultra devotionem, quæ permaxima eſſe debet, advertant pariter, ut miſſa celebretur voce alta, hoc eſt intelligibili, ut ab adſtantibus audiatur, nec non ut ſit brevis, ideſt non tam longa, ut adſtantibus tedio, nec tam brevis, ut populo ſcandalo ſit, & res equa eſt, ſi mediam non excedat horam: Clara etiam debet eſſe, ut verba omnia integrè proferantur, & tandem attentè celebretur, curando Sacerdos ea quibus incumbit, exactam adhibendo diligentiam ut fiant omnia, quæ præſcribuntur in Rubricis Generalibus Miſſalis.

a *Trid. ſeſſ. 13. cap. 7.* b *S. C. C. in Neapol. 17. Aug. 1634. & in Bonon. 1. Jun. 1620.*
c *Ead. S. C. C. in Vercellen. apud Monacell. tit. 13. for. 1. num. 45.*
d *S. R. C. 11. Febr. 1623. & 20. Nov. 1628.*
e *Gavant. p. 3. tit. 11. num. 13. in rubr.*

ſis Romani ultimo emendati, & Ritus, & cæremonias, quæ in eo præſcribuntur in miſſarum celebratione adunguem obſervari mandamus.

IX. Nullus *a* Sacerdos exterus, ſivè Secularis, ſivè Regularis admittatur ad Sacrificium Miſsæ peragendum niſi cum literis Teſtimonialibus proprii Ordinarii, & ſui Superioris reſpectivè, quas recognoſcant locorum Vicarii, ſi per aliquod breve tempus, puta per decem circiter dies *b* in eorum Eccleſiis exteri Sacerdotes ſuas fecerint moras, & ſi per longum tempus ibidem celebrare voluerint, non admittantur, niſi prius literæ Teſtimoniales à Nobis, vel à noſtro Vicario Generali fuerint recognitæ; Et ſi ſecus Parochi, Archipresbyteri, Eccleſiarum Rectores, & Sacriſtæ, qui alias id permiſerint, multentur pœna ducatorum ſex pro qualibet vice, ac ſuſpenſionis in ſubſidium, aliiſque ad noſtrum arbitrium; Regulares *c* verò aliique exempti punientur pœna interdicti ſuarum Eccleſiarum, aliiſque pariter ad noſtrum arbitrium; & exteri, qui ſacrificium miſſæ contrà hanc noſtram Synodalem ſanctionem celebrare auſi fuerint, ſi moniti, non deſiſtant, pęnam ſuſpenſionis, quàm Nobis reſervamus ipſo facto incurrant.

X. Nec antè auroram, nec poſt meridiem audeat aliquis, ſivè Regularis, ſivè Sacerdos Secularis ſit miſſam celebrare, præter Nativitatis Dominicæ noctem, quoad primam dumtaxat miſſam ſolemnem: Et advertant Sacerdotes, ut ſervent decorem, & munditiam requiſitam in Sacris vaſibus, in ornamentis, & ſuppellectilibus pro miſsæ miniſterio: Quapropter Nos pro quod gerimus noſtro Paſtorali munere præcipimus, ut Sacræ veſtes pro miſſarum celebratione, non ſint laceræ, nec attritę, nec corroſæ, aut contaminatæ, ſed honeſtæ, & quod amictus, albæ, mappæ, pallæ, corporalia, & purificatoria mundiſſima ſint, & præſertim calices, & patenæ ſint integrè nitidi, & deaurati.

XI. In Sacriſtia *d* ſervent omnes, & præſertim Sacerdotes Sacris veſtibus induti devotum ſilentium cum debita modeſtia, & ab ea abſint clamores, & confabulationes, & ſi aliquando loqui neceſſe ſit, ſubmiſſa voce, & paucis verbis neceſſitati ſatisfiat, ſub pœnis noſtro arbitrio reſervatis, quibus ſubjacere volumus ii, ad quos ſpectat, id nobis non ſignificantes:

VII. Permaximè incongruum eſt, Sacerdotes, veſtibus ſacris pro miſſarum celebratione indutos, confiteri; mandamus propterea, ne Confeſſarii pro eo tempore eorũ Sacramentales confeſſiones excipiant, & aliàs ſic exceptæ ſe habeant, ac ſi fuerint factæ ſimplici Sacerdoti nullam juriſdictionem, & poteſtatẽ eas excipiendi habenti, quod etiam ſervari volumus, quoad Diaconos, & Subdiaconos, Subdiaconalibus, & Diaconalibus veſtibus inductos;

M Etſi

a *Trid. ſeſſ. 22. decret. de obſer. & evit. in celebr. miſſar. & ſeſſ. 23. cap. 16. de ref. S. Congr. Conc. in Bonon. 20. Iul. 1620. in Neapol. 17. Aug. 1630.*

b *S. Congr Conc. in una Cariaten. 3. Auguſt. 1626.* c *Adde adnot. ead. S:C:C: in Liman. 29: Ian: 1633: & alias 29. Febr: 1670: Synod: Diœc: Neap: p: 3 capit. 1 num. 16:* d *Prima Conc: Prov: ſub S: Carol. hoc eod. tit.*

* an: 1697. sub Card. Cantelmo. P. 3. cap: 1. nu. 5.

Etſi à ſuis peccatis expiari velint, eas deponant omninò.

XIII. Indignum paritèr eſt, *a* quod miniſter in Sacrificio miſſæ, qui Ecleſiæ, ſivè fidelis Populi in actione adeò ſublimi, vices ſupplet, quem Angeli emulantur in Cœlis, ſit incapax, immoriger, & petulans puer, rudis, vel ſordibus homo, prout, non ſine dedecore Dignitatis, & Sanctitatis tanti Sacrificii, hic abuſus, ſivè hominum incuria, & improbitate, ſivè temporum vitio cum ſcandalo univerſalitèr irrepſit: Monemus propterea omnes Sacerdotes celebraturos, & Sacriſtas præſertim, Eccleſiarum Rectores, & ſimiles, ut tales ab hoc miniſterio arceantur.

XIV. Antè celebrationem miſſæ nullus Sacerdos audeat mandere tabaccum, ſeù in fumum ſumere, à pulveratu autem, ſaltem per dimidium horæ antè celebrationem abſtineant; Ejus uſum verò pœnitus interdicimus omnibus Choro addictis, etiam Parochis, quando ibi aſſiſtunt, toto tempore cum recitantur horæ Canonicæ, & celebratur miſſa Conventualis, alii damnantur in pœnam ſuſpenſionis, inhærentes alijs declarationibus emanatis per Sacram Congregationem Concilii, & Edicto generali facto in urbe *b* ad eradicandum hunc intolerabilem abuſum.

XV. Inhærentes quamplurimis decretis Apoſtolicis, et præſertim lat de mandato felic. record. Vrbani PP. VIII. 21. *Iun.* 1625. Innocentii PP XII. 23. *Novemb.* & 23. *Decembr.* 1697. aliorumque Summorum Pontificum, ſub pænis in eiſdem Conſtitutionibus contentis, mandamus, ne quis audeat miſsas perpetuas Eccleſijs, Capitulis, beneficijs, Capellaniis Oratorijs, et ſimilibus, eorumque Perſonis relictas celebrare ad reddituum proportionem, ſi redditus in earum fundatione aſſignati fuerint deteriorati quaſi quod pro libito unicuique licitum ſit, eas ad ſuum arbitrium reducere, et moderari, ſed ſi fortè reverà redditus oneribus, non correſpondeant pro eorum reductione, aut moderatione, ad Sedem Apoſtolicam recurrant modo ad Nos facultatibus opportunis fultos, ut dicemus *tit. ult. cap.* 6. et interim oneri ſatisfaciant.

XVI. Advertant, ut diſponitur in dictis decretis generalibus pariter quod, ubi pro pluribus miſſis ejuſdem qualitatis celebrandis, ſtipendia quantumcumque incongrua, et exigua, ſivè ab una, aut à pluribus Perſonis collata fuerunt, vel in futurum conferri contingat Sacerdotibus, Eccleſiis, Capitulis, Monaſterjis, Conventibus, Beneficijs, Capellanijs, Oratoriis etiam locis Regularibus, abſolutè tot miſſæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint, ità ut, alioquin ij, ad quos pertinet, ſuæ obligationi non ſatisfaciunt, gravitèr peccant, et ad reſtitutionem tenentur.

XVII. Prout quoque ad removendum omne deteſtabilem quæſtum à noſtris Diœceſibus, prohibemus, ut ab eiſdem Summis Pontificibus prohibitum fuit, quibuſcumque Sacerdotibus, qui miſsam ſuſceperunt celebran-

a *Herolt. vulgo Diſcipulus in Serm. de Sanct. Serm.* 48.

b *Apud Criſp. de Viſ. p.* 2. § 10. *num.* 24.

brandam cum certa, & determinata eleemoſyna, nè eandem miſſam alteri, parte ejuſdem eleemoſynæ ſibi retenta, celebrandam committant: Et ſub eadem obteſtatione veniunt Capellani, & Beneficiati, qui tenentur ad miſſas prorata reddituum cum eleemoſyna ad rationem miſſæ manualis, quæ in utraque Diœceſi taxatur pro granis decem, & ſibi retentis granis duobus, vel tribus eaſdem miſſas pro eleemoſyna granorum ſeptem, vel octo aliis Sacerdotibus committunt: Et cum id peſſimi ſit exempli in utraque Diœceſi, quod propterea abolere cupientes, denuò ſub obteſtatione divini judicii, in futurum fieri prohibemus omninò; & pro præterito eorum conſcientiæ conſulant, ad debitas pœnas preceſſuri, ſi fortè in futurum hoc turpe lucrum fieri Nobis innotuerit, tàm contrà committentem, quam contra recipientem hujuſmodi miſſæ celebrationem cum tali eleemoſyna.

XVIII. Diſtrictè prohibemus, ut prohibitum eſt in dictis decretis generalibus capitulis, Eccleſiis, Beneficiis, Capellaniis, & Oratoriis quibuſcumque, necnon omnibus, & ſingulis Eccleſiarum, & dictorum locorum ſuperioribus, & iis, ad quos pertinet, nè in poſterum ſub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, eo ipſo incurrenda, ſuſcipiant onera miſſarum celebrandarum, ſine noſtra in ſcriptis expreſſa licentia, quæ nunquam concedetur, niſi præmiſſa diligenti inquiſitione, de ſingulis miſſarum celebrandarum obligationibus, cuique Eccleſiæ, aut loco ex prædictis incumbentibus, per quam Nobis legitimè conſtet, ejus Sacerdotes, tam novi oneri ſuſcipiendo, quam antiquis jam ſuſceptis ſatisfacere poſſe, & quod redditus, qui relinquuntur, oneribus injunctis ſecundum taxam hujus noſtræ Synodi, reſpondeant omninò.

XIX. Et eleemoſynas ad formam dictorum generalium decretorum manuales, & quotidianas pro miſſis celebrandis, ità demum iidem accipere poſſint, ſi oneribus anteà impoſitis, ità ſatisfecerint, & nova quoque onera ſuſcipere valeant, alioquin abſtineant omninò ab hujuſmodi eleemoſynis, etiam ſpontè oblatis, in futurum recipiendis.

XX. Quolibet die ſtatuto Sacerdotes *a* oneri miſſarum ſatisfaciant in Eccleſia, & Altare præſcripto, & non alibi, & nunquam poſticipent, neq: illud anticipent, ſine cauſa rationabili, & de conſilio aliorum probatorum Sacerdotum, qui ad conſulendum ſuæ conſcientiæ, rem maturè diſcutiant.

XXI. In omnibus ſacriſtiis principalioribus, puta in ſacriſtiis noſtrarum Cathedralium, & in Sacriſtiis matricium, & Archipresbyteralium Eccleſiarum utriuſque Diœceſis affixa retineatur tabella, oculis omnium patens in qua onera celebrandarum miſſarum, aliorumq; divinorum officiorum adſint deſcripta, omnium Eccleſiarum, Capitulorum, Beneficiorum, Capellaniarum, & ſimilium Oratoriorũ non ſolum eorum, quæ in Eccleſiis dictarum Sacriſtiarum expleri debent, ſed aliorum etiam ejuſdem Civitatis, terræ, & lo-

a *Amoſtaz. de cauſ. piis lib. 2. cap. 3. num. 43. apud Monacell. tit. 13. for. 2. num. 60.*

Digitized by Google

loci reſpectivè, expreſſo in eadem Tabella tempore, loco, & beneficio, qu bus ea ſunt annexa.

XXII. Et inſuper hæc noſtra Synodus in prædictis Sacriſtiis, retineri ma dat librum cum ordinatione, & diſtributione miſſarum, earumque indicul prout in dicta Tabella ipſarum onera fuerint adnotata; Et in eo *a* quilib ſua propria manu ſtatim, & non prius, ac celebraverit miſſas, ea ſcribat, ſi quis in dicto libro miſſam, non celebratam fálſo deſcripſerit, aut fálſam dem de miſſarum celebratione, etiam privatam fecerit, ultra pœnas juris, pr ſertim contra falſarios, conſtitutas, ipſo facto ſuſpenſionis pœnam Nobis r ſervatam incurrat.

XXIII. Alias per noſtros Prædeceſſores in Synodalibus conſtitutionib taxatè fuerunt miſſarum eleemoſynæ, & Nos eandem taxam confirmamu & approbamus, nempè pro qualibet miſſa perpetua ad rationem granoru duodecim pro miſſa cantata ſine Diacono, & Subdiacono, ad rationem c rolenorum trium, & cum dictis miniſtris ad rationem carolenorum quinqu & pro miſſa manuali ad rationem granorum decem.

CAPUT III.

De Proceſſionibus, & Supplicationibus.

I. PRimævi Fideles, non ſolum ſtantes in choro, vel circà Altare, ſe etiam publico conventu cantantes, atque pſallentes ſupplication bus de loco ad locum, ſacriſque præcibus, religioſa obſervatione procede conſueverunt, quem morem ſempèr religioſè ſervavit, & adhuc ſervat E cleſia, ſub nomine Proceſſionum, ſeù ſupplicationum, quæ etiam aliquand litaniæ majores nuncupantur.

II. Epiſcoporum privativum jus *b*, cum ſit indicendi publicas, & pr vatas Proceſſiones, eaſque dirigendi: prohibemus propterea, ne ulla inſtitu tur de novo Proceſſio ſub quovis prætextu ſine noſtra licentia, & ex ſolit nulla habeatur de ſero, ſed omninò completa ſit antè ſolis occaſum, & cave ant Regulares eas ducere *c* extrà clauſtra ambitum, aut exteriores circuitu Eccleſiarum, abſque noſtro expreſſo conſenſu, quocumque ſolito in contra rium, non obſtante.

III. Proceſſionibus *d* generalibus indictis pro cauſa, bono, vel honore pu blico, tàm Clerici ſeculares, quàm Regulares invitati, & alij, qui ad eas jure, vel de conſuetudine tenentur ſub pœnis noſtro arbitrio reſervatis conv niant omnes, & ji, qui tenentur ad ſervitium Chori, ſi fuerint abſentes pu cten-

a *Gavant apud Monacell. tit.* 13. *for.* 2. *num.* 46. ubi quomodo probatur adin plementum oneris miſſarum. b *S.C.Rit. in Elboren* 28. *Mart.* 1628. *apud Bar ad Conc. Trid. ſeſſ.* 25. *de regul. cap.* 13. *num.* 42.

c *Pluries S. C. C. & S. C. R. apud Monacell. tit.* 5. *for.* 7. *n.* 22. d *V. Concil. Lat. ſ n. X. ſeſſ.* 11. *& in Conſt. dudum* 17. §. 3. *& pluries S. C. apud Monacell. loc. cit. n.* 2

ſtentur; inſuper, & Regulares *a* non ſe excuſent, quod in Conventu non ſit Religioſorum numerus ſufficiens.

IV. Et prætèr Proceſſiones *b* univerſales Eccleſiæ, puta Rogationum, & Corporis Chriſti, referri volumus, etiam ad cauſam, bonum, & honorem publicum, aliæ quæ fiunt, & indicuntur pro gratiarum actione de re gravi, pro pace inter Catholicos Principes, vel pro victoria impetranda contra Infideles, pro Electione, tùm Summi Pontificis, tùm proprij Epiſcopi, pro Synodorum celebrandarum felici ſucceſſu, nec non, quæ fiunt ad placandum Deum, occaſione peſtis, famis, belli, ſterilitatis, & ſimilium.

V. Nihil eſt, quod magis attrahat divinæ pietatis aures ad præces fidelium, quam pia, & religioſa Sanctarum proceſſionum diſciplina: Et nihil eſt, quod magis provocet Omnipotentis iram, quàm ſi in eis deſit exemplaris devotionis, ac religionis ſignificatio: Mandamus itaque, ut Eccleſiaſtici, ſive Regulares, ſivè Seculares ſint, & alij, qui ad eaſdem de jure, aut de conſuetudine teneantur, hora præſcripta cum proprijs vexillis conveniant in Cathedrali, aut in Eccleſia Matrici, aliavè, ex qua ſupplicatio ſuum habebit principium, & tardè accedentes per vias cum alijs ſe incorporare, non audeant.

VI. Modeſtus inceſſus, religioſam redoleat pietatem, ac devotè alternatim recitent Litanias Sanctorum conſuetas, & alias præces ad præſcriptum Ritualis Romani pro ſupplicationum qualitate, & Regulares, aliive, qui ut ſupra ad eas tenentur per viam Proceſſiones dimittere non audeant, ſed redeant ad Eccleſiam undè *c* initium habuerunt, & exinde non diſcedant, quouſque factæ functiones, non fuerint terminatæ.

VII. Laici inter Eccleſiaſticos, tam Seculares, quàm Regulares, & perſonas quaſcumque, quæ eas componunt, nullo quovis ſuffragante prætextu, ſe immiſceant, ſed viri ſequantur proceſſionem, ut eos fœminæ ſeparatim, quæ depoſitis vanis ornamentis Roſarium recitent, vel alias orationes ad effigandas curioſitates, & immoderata eloquia, & ad talem effectum curent magiſtri Cæremoniarum, vel Archipresbyteri, & Parochi, ut per aliquem Sacerdotem, & in hujus defectu, quo miſerrimè laboramus, præſertim in alia Diœceſi, ſaltem per aliquem laicum pium, & ætate provectum dirigantur.

VIII. Et in Proceſſione, quæ ſit cum delatione Sanctiſſimi Sacramenti, ſivè ad infirmos, ſivè ſolemni feſto Corporis Chriſti majorem animi venerationem, & Religioſiorem Corporis compoſitionem expoſcimus præceteris, ut per hæc viſibilia pietatis, ac religionis ſigna ad rerum altiſſimarum contemplationem, quę in Venerabili Sacramento latent, erigantur.

IX. Et propterea omnes ſilentio, & majori modeſtia præſcriptum ordinem ſervent, & omninò ab iis, qui proceſſiones dirigunt, pendeant, ocu-

lo-

a *Monacell: d: loc. num: 29:* b *Congr: particularis de ord: Urb: VIII: 27: Iul: 21: Aug: & 19: Sep: 1628: apud Mattb. Offic: Rom: cur. cap 40: num: 2.*
c *S: R. C. & S. C. Epiſcop. apud Pignatell. tom. 3. conſult. 47. n. 33: & 34.*

lorum circumvagationes effugiant; et eloquia quæcumque, etiam hone
et nullus cujuſvis ſit Dignitatis, et gradus biretum, aut pilolum geſtare
deat, ſed nudato prorsùs capite, puriſſimum Agnum, quem circumſta
Angeli, adorant, et contremiſcunt ſupplex proſequantur:

X. Omnes, et quaſcumque, actiones ſpectacula, et repræſentatio
arceri mandamus ab ipſis ſacris proceſſionibus, et multò magis cum de
tur Sanctiſsimum Sacramentum feſto Corporis Chriſti, quando potius
eſſe volumus vias à ſordibus expurgari, floribus inſpergi, exteriores p
tes ornari, aliaque fieri, quæ majorem devòtionem, obſequium, et cul
erga hoc Auguſtiſſimum Sacramentum præſeferant.

XI. Curent Parochi, Archipræsbiteri, & cum eis Sacrarum
remoniarum Magiſtri advigilent, ut in ſolemni Sanctiſſimi Corporis C
ſti proceſſione quatuor ſaltem cum ſuis haſtis laternæ cum intus acc
candelis hinc inde circa celebrantem, qui Sacramentum geſtat def ra
non obſtante, quod quam plura alia adhibeantur lumina aperta, quæ
rarò vento, aut pluvia improviſo ſuperveniente extincta omnia rem
videantur, quod permaximè incongruum, atque Auguſtiſſimo Domin
decentiſſimum ſi lumina accenſa non adeſſent, quod etiam ſervari volu
dum Sacrum Viaticum ad infirmos proceſſionaliter defertur.

CAPVT IV.

De Funeribus, Exequijs, & Sepulturis.

I. SAncta, & ſalubris eſt cogitatio pro Defunctis exorare, ut à pec
ſolvantur, quod monitum licet omnes Chriſtifideles tangat, pec
res tamen ſunt, qui ſtant in circuitu menſæ Domini, quibus ſpecialis
demandata eſt, ut in hoc pietatis opere exerceantur, & Deus, qui om
curam abſque perſonarum exceptione, habet, ait, quod non ſolum in h.
ta, ſed etiam, & in alia eadem menſura, qua menſi fuerimus alios rem
tur, & nobis.

II. Curent propterea Parochi, ut in ſepeliendis mortuis omnis adh
tur paſtoralis ſollicitudo, et ſtudeant, qua decet charitate, et pietate mo
ſepelire, et quodcumq; avaritiæ genus deteſtando, contenti ſint ſolitis
moſynis, juxtà taxas aliàs hac de re per noſtros Anteceſſores pro qu
Eccleſia, ut legimus, factas, & ſi fuerint Pauperes gratis omninò, et ar
ad omnia alia jura, ultrà pedaticum, quod appellant, ſepeliantur.

III. Et cum incongruum, ſit ut Præsbyterorum viventium matres
ſtris Diœceſibus ſi decedant earum cadavera gratis ſepeliantur: non aute
ſorum Patres, edicimus propterea, hac noſtra Diœceſana Synodo appr
te; ut etiam et eorum Patres, hac eadem gaudeant prærogativa, qua p
ri

rum matribus, hactenus politi ſunt, ſervata in utriſque Civitatibus, Oppidis, Terris, & locis, tàm unius, quàm alterius Diœceſis antiqua conſuetudine majoris, vel minoris exemptionis, quo ad dictam prærogativam, quam in funeribus, quo ad utrumque Parentem viventis Præsbyteri æqualitèr ſervari volumus, juribus ſolitis tamen, extrà pedaticum, quod dicunt, dumtaxat ſemper exceptis, prout hactenùs ea fuerunt excepta.

IV. Gravitèr, & modeſtè ſè gerant Eccleſiaſtici omnes, tùm ſæculares, tùm Regulares, et Confratres in aſſociandis funeribus, ac decenti, & habitu talari, mundiſque ſuperpelliceis induti, cum clericalibus biretis, abſque pileis quorum uſum in omnibus ſacris Proceſſionibus ipſis omninò interdicimus, nec non bini, et bini ſuo ſinguli loco, et remoto tumultu, et multò magis contentionibus, imò, et mutuò colloquio procedere ſtudeant, et funerum eleemoſynæ inter capitulares, alioſque Eccleſiaſticos in utraque Diœceſi, inter præſentes reſpectivè, loco, et tempore diſtribuantur, prout dicemus *Titul.7.cap.1.num.*13.

V. Regulares *a* ut decreto Sacræ Congregationis Concilij cautum eſt, quando vocantur ad aſſocianda Defunctorum cadavera, teneri accedere ad Eccleſiam Cathedralem, ſeu Parochialem, et nullo modo expectare poſſe per viam, aùt ad domum defunctorum convenire, quacùmque conſuetudine in contrarium non obſtante.

VI. Nulli Eccleſiarum Parocho, Archipresbytero, et ſimilibus liceat fidelium Defunctorum cadavera tumulare, niſi in Eccleſia, et ſepultura per ipſos electa, et ſi abſque eorum electione deceſſerint, ſepeliantur in Cathedralibus, et Matricibus Eccleſijs reſpectivè, niſi majorum habuerint ſepulcrum; Et recuſante Eccleſia electa cadaver tumulandum recipere, priuſquam jus funerandi Parochijs devoluatur, recuſationem in Curia noſtra probari volumus, et interim permodum depoſiti partibus, ſuis juribus ſemper ſalvis locorum Vicarij, et in eorum defectu Archipresbyteri, et Parochi, ea ſepeliri curent in proprijs Eccleſijs.

VII. Liceat, prout hactenùs licitum fuit, Capitulo *b* noſtro dùm collegialitèr procedit, quoties ad Eccleſiam Regularium comitatur, eam prelata Cruce ingredi, atque in illa ſupèr ipſo corpore pſalmum Miſerere, vel Deprofundis cum verſiculo, reſponſorio, et Oratione, et Regulares etiam indirectè ad impedire tentantes, vel recipere recuſantes Defunctorum cadavera in eorum Eccleſia, ſolita ea recipere, poterunt per Nos ſub cenſuris, etiam per interdictum compelli, prout declaravit Sacra Congregatio.

VIII. Quamquam, ex quo hanc noſtram ſuſcepimus paſtoralem curam, non parum allaboraverimus, ad extirpandos abuſus, *c* qui maximam redolent ſuperſtitionem in deferendis ad Eccleſias defunctorum Chriſtifidelium cada-

a *Pluries I.C.C.apud Monacell loc.cit.num.*21.

b *S.R.C.in una Foſſan.*21.*Iul.*1649.*Monacell.loc.cit.num.*73.*& ſeq q.*
Reſt a in Synod.Diœc.de anno 1594.*fol.*183:

cadaveribus; Adhuc tamen, cum totalitèr in omnibus locis utriuſque Diœceſis extinctus, non conſpiciatur, ut ea dùm ad Eccleſiam deferuntur, mulieres affines, & conſanguineæ, ſuis, ejulatis,& ſtrepitibus,functiones Eccleſiaſticas demulgeant: Et cupientes, ut par eſt huic malo occurrere, præcipimus,& mandamus ſub gravibus pœnis noſtro arbitrio reſervatis Capitulis, Parochis,& Eccleſiaſticis omnibus, ut eas uſque ad ſecundum gradum incluſivè arcere faciant, quod ſi pertinaces fuerint, ſiſtat Proceſſio, nec ultrà progrediatur; niſi eædem earum domos redeant, & quatenus opus, ubi ad Eccleſiam convenerint, ab eadem, etiam dum celebratur ſeptimum, trigeſimum, vel Anniverſarium ſimilitèr arceantur, expulſis omninò,& clauſis januis expleantur exequiæ; ad quòd advertant inſupèr Regulares, nè in eorum Eccleſijs hoc permittant; Et viri occaſione funerum barbam ultrà menſem, non habeant, ſed eam omninò infrà dictum tempus tondant,quod Eccleſiaſtici ſub graviſſimis pœnis noſtro arbitrio reſervatis, infallibilitèr præſtabunt, infrà quindecim dies.

IX. Ad terminos conſtitutionis Sancti Pii V. quæ incipit, *cum primum Apoſtolatus*, & Synodalium decretorum noſtrorum Prædeceſſorum diſtrictè prohibemus, nè in cadaveribus tumulandis, Eccleſiarum, vel Sacriſtiarum pavimenta ſcindantur, ſub pęna ducator. triginta, & in ſubſidium juris Excommunicationis, tàm contra Eccleſiarum Rectores, Sacriſtas, Archipresbyteros, & ſimiles, quibus eorum cura incumbuerit, id permictentes,quàm contrà alios, qui id facere attentaverint, vel ad id mandatum, conſilium,aut favorem præſtiterint, quo ad Eccleſiaſticos: quo verò ad laicas perſonas ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ. Cadavera enim Chriſtianorum ſepeliri convenit in formatis Sepulchris, & Tumbis profundis infra terram, ut per dictam conſtitutionem S. Pij V. cautum eſt.

X. Et, ut in Eccleſijs nihil indecens relinquatur, ut ait dictus Sanctus Pontifex in eadem conſtitutione, mandamus propterea, & quidem ſub pęna excommunicationis, ut capſæ omnes, & depoſita, ſeù alia cadaverum conditoria ſuper terram, ſi qua exiſtant amoveantur omninò, & ea in futurum collocari prohibemus: Et permittimus cum noſtri tamèn in ſcriptis obtenta licentia monumenta marmorea muris, ſeù columnis adhærentia, amotis ab eiſdem prorsùs cadaveribus.

XI. Cadavera, vel eorum oſſa ſub nullo prætextu, cauſa, aut quæſito colore, nemo ſub pœna excommunicationis latę ſententiæ ſine debita licentia exhumare audeat,& ea de loco ad locum, tùm intrà, tùm extrà eandem Eccleſiam tranſportare, nec minùs pro recognitione cadaveris, neque judiciali, neque extrajudiciali, & ad eandem pęnam excommunicationis latæ ſententię teneantur, conſilium, auxilium, mandatum, aut authoritatem ad id præſtantes.

XII. Quibus autem non liceat dari Eccleſiaſtica ſepultura, adeat Parochus Rituale Romanum de Exequiis hoc eodem §. *Quibus autem*.

Ca-

XIII. Caveant a Clerici ſæculares,& Regulares, cujuſvis ſint Ordinis, & Inſtituti, ne ſub quovis prætextu contrà præſcripta in Sacris Canonibus ſuadeant aliquem ad eligendam ſepulturam in proprijs Eccleſijs, vel ad jam electam, ulteriùs, non mutandam, ſub pœna excommunicationis.

XIV. Ultimo per Santiſs. D. Noſtrum Benedictum PP. XIII. cautum eſt, quod in ſingulis Diœceſibus anniverſaria pro Epiſcopis defunctis Celebrentur. Cum autem Nobis id valdè pium,& conſonum videatur, in noſtris Diœceſibus omninò ſervari præcipimus, hac etiam noſtra Synodo Diœceſana approbante,& ad talem effectum hic traſcribi curavimus,de verbo ad verbum hoc Synodale decretum,prout ſequitur.

„ *Ex ipſius inſuper b cæremonialis Epiſcoporum mandato,in univerſis,cujuſque Civitatis, & Diæceſis Cathedralibus,& Collegiatis,alijſque Conventualibus,ſeu Receptitiis Eccleſiis præter ſolemne Anniverſariū pro ultimi defuncti Epiſcopi anima in ejus die obitus celebrandum,alterum etiam per ſingulos annos agendum decernimus in perpetuum pro omnibus propriæ Diæceſis Epiſcopis, infrà prædictam fidelium omnium Defunctorum octavam ſingulos: Quo circà, quos id agere oporteat, convenimus; Et illam eis Chriſti Domini ſententiam; Eadem quippe menſura, qua menſi fueritis, remetietur vobis, paternè commemoramus.*

Vide in Synodo Gallipolitana an. 1661. pp. 198 et 199. ec

C A P. V.

De Indulgentiarum evulgatione, & earum uſu.

I. PRæcellens revera eſt hoc beneficium Indulgentiarum, quas pro remiſſione pœnarum temporalium, pro pecatis debitarum, Eccleſia Catholica Romana,c facultate ſibi à Chriſto Domino commiſſa ex meritis Paſſionis eiuſdem Domini Salvatoris noſtri, Beatæ Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum,& Sanctarum ejus diſtribuit, prò quibus dicere poſſumus cum Iſaia *miſerationum Domini recordabor laudem Domini ſuper omnibus,quæ reddit nobis Dominus, & ſuper multitudinem bonorum domui Iſrael, quæ largitus eſt eis ſecundum indulgentiam ſuam in dilectione ſua, & indulgentia ſua ipſe redemit eos, & portavit eos, & elevavit eos cunctis diebus ſæculi.*

II. Doceant propterea frequentèr Parochi, & concionatores Populum, quo animi candore, quave veneratione ſe diſponere debeant ad eas lucrandas; Cum aliàs nullatenus proſint, niſi prius per pœnitentiæ lavacrum conſcientiæ inquinamenta deleantur.

N Nul-

a Clement. Dudum de ſepult.clement.cupientes.de pæn.in fin.cap.p.de ſepult.in 6. cap. ex parte. cap.liberum. de ſepult. b lib.2.cap.36 & 17.
c Extravag.unigenitus.de pænit.& remiſſ. Trid.ſep.25.decr.de Indulg.

Digitized by Google

III. Nullus *a* ſæcularium, ſivè Regularium, exponat, ſeu publicè Indulgentias, quomodocumque à Sanctiſſimo Domino noſtro PP. obtentas, vèl in futurum obtinendas, niſi priùs reviſæ, & inſcriptum publicentur à noſtro Vicario generali, qui diligentèr inquirat, an in una, & eadem Eccleſia contrà tenorem ſolitæ conceſſionis plures uſurpentur.

IV. Et ſub pœna Interdicti Eccleſiæ, nullus ubi expiraverit tempus præſcriptum in literis Indulgentiarum ſub futura ſpe obtinendæ confirmationis, eas publicet, vel earum tabellas apponere audeat.

V. Indulgentia *b* conceſſa per Papam alicui Capellæ prò Defunctis, non extenditur ad vivos, adeò ut qui vivens celebrat, aut ibi celebrari faciat prò ſe miſſam, illam, non conſequitur.

VI. Sicuti quando hujuſmodi Indulta perpetuo, vel ad tempus à Summis Pontificibus conceduntur Sacerdotibus miſſas defunctorum aliquo determinato die, vel diebus, ſivè quotidie in altari paritèr determinato celebrantibus, quo caſu ſi in dicto altari privilegiato celebretur miſſa de Sancto, vel votiva, ceſſat pro illa miſſa privilegium, ſivè Indulgentia, niſi occurreret fæſtum duplex, vel dies, in qua Defunctorum Miſſæ iuxtà Ritum, & morem Eccleſiæ celebrari nequeunt, quibus diebus, Miſſæ quæ in dictis Altaribus privilegiatis celebrantùr, *c* eaſdem habent Indulgentias, perinde ac ſi celebratæ fuiſſent Miſſæ Defunctorum, ut declaravit Alexander VII. Clemens IX., & Innocentius XI.

VII. Item quod translato, *d* nòn transfertur Indulgentia, ut declaravit Sacra Rituum Congreg. etiam ſi transferatur, fæſtum, non ſolum quo feſto ad officium, verum etiam, quoad forum, hoc eſt, quoad abſtinentiam ab operibus ſervilibus; Indulgentiæ enim conceſſæ pro certo, & determinato die, tanquam eidem affixæ, nunquam transferuntur, niſi per Papam hoc expreſſè concedatur.

TITVLVS IV.

CAPUT I.

De Sacroſanctis Eccleſijs
VBI
De Cultu, & Reverentia eiſdem debita.

1 DOmus Dei locus orationis eſt; in ea proptereà ſempèr orandum, ut ipſa veritas Chriſtus Jeſus nos docet. Quare nos qui in domo iſta,

a *Trid ſeſſ.21.de refor.cap.9.S.C.C.* b *Navar.Conſ.39.p.2.de pen.& rem.*
c *apud Monacel.tit.16.formul.6.ſub n.6.* d *S.C.Rit.30. Settembris 1679.& 10. Jun. 1690.& 20.nov.1694.apud Manuel.loc.cit.n.9.*

iſta, profana mercamur, ut flagello de funiculis facto ab ea, non projiciamur, ut evenit incredulis nummularijs Judeorum, ſummi Pontifices Gregorius X. in Concilio generali Lugdunenſi, *a* & Sanctus Pius V. in ſua Conſtitutione, quæ incipit: *Cum primum*, nec non Concilium Tridentinum *b* plura circà cultum, & venerationem Eccleſiarum providè, ac piè Sanxerunt, & pœnas comminarunt contrà profanatores earumdem, & facultatem ad improborum hominum temeritatem, & irreverentiam compeſcendam Epiſcopis tanquam Sedis Apoſtolicę Delegatis illimitatam conceſſerunt.

II. Memores itaque ſint Parochi promiſſionis Dei, qui cuſtodit pactum, quod fecit David, ac Salomoni filio, nempè quod quicumque in templo oraverit, & extenderit manus ſuas cognoſcens infirmitatem ſuam, ei peccata dimittat, & faciet cuncta, pro quibus cum oraverit: Et proptereà excitent fidelium corda, ut adorent, & timeant Dominum in loco iſto, qui Sanctus eſt, adhoc, ut in eorum afflictionibus, quæ innumeræ ſunt, exaudiri mereantur: Præceptum enim Domini eſt, ut legitur in levitico: *Sabbata mea cuſtodite, & Sanctuarium meum metuite*, & proindè, non ſolum hortamur Chriſtifideles ad exteriorem ſanctitudinem, quæ conſiſtit in quadam corporis compoſitione, ſed etiam ad interiorem, utpotè cordis puritatem aſſiſtant.

III. Sicut Sponſa ornata viro ſuo decet, ut ſit domus Dei, ſinè macula, ſine ruga; Idcircò Sacriſtæ, & alii, quorum cura eſt Eccleſiarum, diligant illius decorem in abſtergendis ſordibus, in arcendis canibus, in impediendis clamoribus, & importunis tumultibus: Nè autem *c* ulli irreverentiæ, & contemptui aditus pateat juxta Decretum Sacræ Congregationis neque antè auroram clarè dilucèſcentem, neque poſt horam 24. apertæ Eccleſiæ retineantur ſub pœnis noſtro arbitrio reſervatis.

IV. Et quia tolerari, non poteſt quorundam audacia, qui non erubeſcunt aſſiſtere in domo Domini capite cooperto, bireto per grandi *rotundæ, & acuminatę* formæ, ut dicitur, *berrettone*, ſeu etiam *coppoletta di tela bianca*; ideò illius uſum cujuscumque, etiam alterius ſit formæ, vel coloris, clericali piliolo, dumtaxat excepto, interdicimus omninò in Eccleſiis, pręſertim tempore divinorum officiorum, & miſſæ Sacrificii, nec non in publicis Proceſſionibus, quo tamen tempore, non prohibemus laicis extrà Eccleſiã uſum pileorum; Si quis autem contrà hanc noſtram Synodalem ſanctionem aliquid ex prædictis attentare molitus, ſeu auſus fuerit, ſi laicus ſit pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ puniatur, ſi verò Eccleſiaſticus quivis in hoc, laicis ſcandalo fuerit, ipſum pro qualibet vice pœna ducatorum decem eidem Eccleſiæ applicanda, multabimus, aliiſque noſtri arbitrio reſervatis.

a *relat in cap. 2. de immunit. Eccl. in 6.* b *Seſſ. 22. in decr. de evitand. in celeb. Miſſarum.*

Vt ex lit. S. C. Epiſcop. de mand. Innocent. XI. 21. Iul. 1677.

V. Accedant *a* mulieres decenti, & modeſtò ornatu, & effugiant vaniloquia, & multò magis inoneſtas oculorum vibrationes; Et ſi ſub ipſius Dei, & in ejus propria domo, oculis impura peregerint, timeant ignitum enſem, quo Deus per Seraphim vigilem templa cuſtodit: Et Parochi ipſique Confeſſarii, eas priùs paternè moneant, & ſi incorrigibiles in licentia à chriſtiana compoſitione aliena perſeveraverint, ad pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramenta *b* non admittantur.

VI. Nemo circuire, *c* deambulare, altaribus niti, in pradellis Altaribus, aut in ſcamnis, ſeu ſedilibus propè fæminas ſedere, ſeu publicos in Eccleſia habere congreſſus pro agendis, & deliberandis negotiis audeat, & pœnis graviſſimis punietur etiam excommunicationis, pro qualitate facti, ſi quis auſus fuerit, in Eccleſia præſertim nocte, & tempore divinorum officiorum, Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti proiicere nuces, ficus, & conſimiles fructus, ac dulcia, & pecunias in ſignum, quod dicunt vanæ, & ſuperſtitioſæ lætitiæ in Perſonas cujuſcumque ſint ſtatus, & conditionis.

VII. Et ſi quis *d* auſus fuerit, intrà Eccleſiam, vel in ejus Cemeterio, & Scalis ejuſdem Eccleſiæ ſclopum explodere, vel gladium evaginare in alicujus offenſionem, etiam effectu, non ſequuto incidat in excommunicationem latæ ſententiæ; Et multò magis *e* eidem excommunicationi ipſo facto ſubijaceat, qui in Eccleſiis, Oratoriis, Sacriſtiis, Cæmeteriis, & ſimilibus locis immunibus auſus fuerit homicidia, aut membrorum mutilationes committere, vel quempiam verberare, ſive quovis modo graviter percutere.

VIII. Curent Rectores *f* Eccleſiarum, & alii, quorum intereſt ne pauperes per Eccleſiam vagentur tempore divinorum officiorum, ſed ad præſcriptum Conſtitutionis Sancti Pii V., & Venerabilis ſervi Dei Innocentii PP. XI., ſiſtere jubeant eos antè portas Eccleſiarum, ad colligendas eleemoſynas.

IX. Equum non eſt, ut quis Eccleſiæ benignitate, & beneficio abutatur: Monemus propthereà omnes Rectores, Sacriſtas, alioſque Eccleſiarum Præfectos, ac eorum curam habentes, ne ad effugienda vectigalia, quæ pro mercibus laicorum ſolvuntur, alioſvè committendas in publici præjudicium fraudes, eos ibidem cuſtodiendas, vel retinendas ſub pœnis noſtro arbitrio reſervatis, admittant, vel recipiant.

X. Cum ad formam Sacrorum Canonum, & quidem non ſine animi noſtri ſolatio in noſtris Diœceſibus laici divinorum officiorum tempore, nunquam conſueverint, & nec minus ſoleant in Eccleſiis, nec minus Regularium

a *Cap. mulier il 2.33.q.5.* b *Bellett. & Scipio de Rub. apud Monacell. tit. 5. for. 8. n. 6. & n. 7.* c *Cap. ut in Orat. diſt. 42. cap. mos antiquus. cap. quoniam diſt. 65. cap. decet de immunit. Eccl. in 6. Trid. ſeſſ. 22. de evit. in celebr. S. Pius V. in conſt. cum primum*
d *Reſta in Synod de anno 1594. fol 189.* e *S. Pius in d. Conſt.* cum primum *n. 2.*
f *S. Pius V. in cit. Conſt. Innoc. XI in Edict pro Urb. 23. Septembr. 1679.*

rium intrà Præsbiteriorum, & Altarium ſepta ingredi: Et cupientes, ut par eſt, ut hoc idem, quod hactenus Sanctè ſervatum fuit, pariter, & religiosè perpetuò ſervetur, decretū hac de re ultimo per Sanctiſs. Dominum noſtrum Benedictum PP. XIII. latum, hic de verbo ad verbum tranſcribi, & in noſtris Diœceſibus ſub pœnis in eo contentis ſervari volumus.

XI. Alias generali Sanctæ Sedis Decreto in Eccleſiis etiam Regularium intrà Presbyteriorum, & Altarium ſepta, dum miſſę ibi celebrantur, aliavè divina officia perſolvuntur, ſecularium perſonarum cujuſcumque conditionis, & ſexus aſſiſtentiam prohibitam fuiſſe, non ignoratur. Verumtamen, cum adhuc laici quidam invetita temerè nitantur, & ibidem aut ſtare, aut ſcamna habere, vel genuflexoria ſibi arrogare prœſumant, id iterum juxta Sacrorum Canonum, ejuſdemque Apoſtolicę Sedis mentem, ſub Eccleſiarum, Regularium etiam, & quomodocumque etiam exemptarum, interdicti pœna, ipſo facto incurrenda, & Romano Pontifici reſervata, inhibetur.

XII. Caveant Iudices, & Miniſtri, cujuſvis ſint ſtatus, gradus, dignitatis, & conditionis, cujuſcumque Curiæ, divinam ſupremi Iudicis ultionem, qui, ut experientia docet contrà violatores Immunitatis Eccleſiaſticæ, & Eccleſiaſticorum ſemper ſe Deum ultionum oſtendit, ac excommunicationem in Sacris Canonibus, bullis Pontificiis, decretis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis impoſitam, aliaſque pœnas contrà ejus violatores meminerint; Et Nos ad defendendam Domum Dei in vigilem deſtinati omni ſeveritate, ubi caſus occurrerit, quem Deus avertat, procedemus.

XIII. Ad quorum tamēn intereſt notitiam deducimus, quod decreto Congregationis particularis à fa: mem. *Clemen. PP. XI.* deputatæ, & per ipſum ſucceſſivè confirmato *die 20. Ianuar.* 1717. pro tollendis abuſibus, qui ubi in carceres conjecti fuerint ad eludendam juſtitiam, ſe ſe à locis immunibus, ad quæ confugerant, dolosè, ſivè per blanda verba extractos, fuiſſe frequenter allegare ſolebant, cautum eſt nè deinceps hoc ipſis ſuffragetur, prout in eodem decreto, quod hic per extenſum, ac de verbo ad verbum, ac ſi eſſet appoſitum, haberi volumus.

XIV. Inſuper interdicimus *a* Notariis, Actuariis, aliiſque Officialibus, & Exequutoribus, Curiarum quarumvis, nè audeant inſtrumenta conficere, juramenta acceptare, citationes verbales facere, aut quoſcumque actus judiciales exercere in Eccleſiis, nihilque profanum earum valvis apponatur, ſub cenſuris, & pœnis contentis in Sacris Canonibus, & ubi in prædictis de hoc non ſit cautum, pœna excommunicationis, vel interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ pro qualitate rei, & facti per Nos, puniendi, prout de Jure.

Nul-

a. *Cap. quicumq. 16. q. 7. cap. Liter. 16. q. 5. cap. decernimus de conſecr.*

XV. Nullus audeat *a* ſub pœna excommunicationis, Eccleſias, Orato ria, vel Altaria de novo erigere, ſine noſtra inſcriptis obtenta licentia, alia interdicto Eccleſiaſtico Eccleſiam, Oratorium, vel Altare de novo ſic ere ctum ſubicimus ipſo facto, & pœnis noſtro arbitrio reſervatis punietur, qu divina ibidem officia celebraverit; nec *b* propè Altare patiantur ſepulcra, & ſi qua non ultrà tres cubitos diſtantia, ab eiſdem, ſi adſint, expurgentur, & terra oppleantur, alias dictum altare interdictum cenſeatur,

CAPUT II.

De Oratoriis Privatis.

I. STrictè prohibitum eſt per Sacrum Concilium Tridentinum, *ſeſſ.22.d Sacrif.miſſæ* ne in privatis domibus tremendum Sacroſanctum Sacr ficium celebretur, & Epiſcopis per dictum Sacrum Concilium Tr dentinum demandatur, nè id patiantur, quodque, peragi preceptum eſt i Eccleſiis dumtaxat Deo dicatis. Qui autem Indultum habuerit Apoſtolicu eo non utatur, niſi prius oratoria prædicta quoad locum, & omnimoda decentiam à Nobis fuerint recognita, & approbata, quæ approbatio toti repeti volumus, quoties oratoria variis de cauſis, & de loco ad locum vari ri contingerit.

II. Si quis *b* autem, ſivè ſæcularis, ſive Regularis, aut quomodolib exemptus, Sacerdos miſſam in aliquo oratorio privato, abſque noſtra ejt præfata recognitione, & approbatione celebrare præſumpſerit, ſit ipſo fac ſuſpenſus à divinis, aliiſque noſtro arbitrio reſervatis pœnis ſubjaceat, & uſu talis oratorii, ſic erecti pænitùs interdictum eſſe volumus.

III. Advertat tamen noſter Vicarius Generalis, ſive cui per Nos fuer demandata prædicta recognitio, & approbatio, ne unquam eam apptobati nem concedat, cuivis in privatis ubi dormiri ſolet, cubiculis, imo invigil ut ſi eadem conceſſam compererit, revocet, & ut ab omnibus Regularib præſertim prædicta ſerventur, invigilet, adverſus contravenientes, ſpeci adhuc privilegio exemptos; Nos tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegati, ce ſuris etiam Eccleſiaſticis, indultis, aut conſuetudinibus quibuſcumque n obſtantibus, ad formam infra citandi Decreti de ordine S.me.Clementis X anno 1703, emanati, animadverſuri.

IV. Ac pari modo, non licere Regularibus prout d.Decreto Generali f record. Clementis PP.XI.15.*Dec.*1703. per Sanctiſs. D.N.Benedictum P XIII. alia ſua Conſtitutione ultimo confirmato, cautum eſt aut aliis quibi cumque Sacerdotibus, imò nec minus & ipſis Sacroſanctis Epiſcopis in e dem

a *C.quicumque 16.q.7.cap.lator.16.q.5.cap.nemo de conſecr.*
b *S.Caroli in 5. Synod. Diœc.* c *Can.Miſſarum de conſecr.d.1.Trid.loc.nuper cit.S.C.C.de mand.Pauli V.19.Mart.1615.& 24.Maii 1664.*

dem oratoriis ex indulto Apoſtolico conceſſis, & per Epiſcopos confirmatis, celebrare diebus Paſchatis, Pentecoſtes, Nativitatis Chriſti Domini, aliiſque anni feſtis ſolemnioribus, quæ vigore alterius decreti Sacræ Congregationis Rituum 17.*Nov*,1607.declaramus in Feſto Epiphaniæ, Annunciationis, & Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis, Sanctorum Petri, & Pauli, & omnium Sanctorum, Sanctiſſimi Corporis Chriſti, & ad feſtum Titularium Eccleſiarum Cathedralium, & Parochialium locorum reſpectivè, hoc idem extendimus, nec minus in præfatis Oratoriis, prædictis Regularibus, & Sacerdotibus quibuſcumque, etiam, & Epiſcopis celebrare licitum eſt aliis diebus, ubi etiam unica miſſa, quæ in indulto conceditur, fuerit celebrata, niſi alias circà prædicta, in eodem Indulto diſponatur, ſupèr quo celebraturus teneatur diligenter inquirere, & de eo ſe optimè informare.

V. Moneantur *a* autem per celebrantes omnes adſtantes in celebratione Sacrificii miſſæ, quæ in prædictis oratoriis fieri contingerit, præcepto Eccleſiæ de audienda miſſa, diebus feſtis non ſatisfacere niſi eos, de quibus in Indulto Apoſtolico ſpecialis fit mentio, & in hoc advertant etiam Indultatarii, ne ſibi adulando, alienis, & pariter peccatis indulgeant.

VI. Nec minus ullus audeat ſub pœna ſuſpenſionis à divinis in oratoriis privatis miſſam ſolemnem, aut cum cantu, vel muſicis celebrare., nec Sacram Synnaxim in eis peractam aliis diſtribuere, quacumque contraria conſuetudine, quam corruptelam, & abuſum declaramus non obſtante, & in eiſdem quaſcumque functiones Parochiales exerceri prohibemus, aliàs procedemus pariter contrà eoſdem communicantes ad pœnam interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, & tales Sacerdotes; etiam ſi ſint Regulares, & quomodolibet exempti, qui aliquid contra prædicta, attentare præſumpſerint, pœnè ſuſpenſionis ſupradictæ ſubjaceant.

CAPUT III.

De Feſtorum dierum Cultu

ET

Sanctorum Veneratione.

I. PRæceptum Dei eſt & unum ex principalioribus in Decalogo expreſſum, Sabbata Sanctificare, cui Sancta Mater Eccleſia ex facultate ligandi, & ſolvendi, quam Chriſtus Dominus ſibi conceſſit ad Sanctorum cultum, & venerationem alia feſta in anno ſimiliter celebranda, & ſanctificanda de præcepto edixit, & propterea, qui ea *b* non celebrat, & ſanctificat, certè gra-

ve

a *Monacelli:tit:13 for:2:num.32:* b *S.Cyrill lib.3.in J: a:*

vi peccatum committit; Graviſſimum verò ſi in contemptum ejuſdem præcepti, inanium voluptatum aucupio, temporalium cura, totque ſceleribus, & peccatis, ea contaminentur.

II. Curent propterea Parochi, quibus vigilantia circa feſtorum obſervantiam ſpecialius committitur, ut inter miſſarum ſolemnia *a* Populum aliquoties in anno inſtruat de obligatione, quam quiſque habet ſub mortali ſervandi feſta, & quomodo hoc præceptum adimpleri debeat, ut ſcilicet, non ſolum diebus Dominicis, & feſtis miſſam audire, & à quocumque labore, & opere ſervili abſtinere teneatur, ſed quod etiam, ut fuit declaratum in Concilio Toletano III., graviter eos peccare, qui feſtis diebus, audita tantummodo miſſa, otio ſedentes, totum diem in aleis, & choreis inhoneſtis, in ebrietatibus, commmeſſationibus, aliiſque peccatis, & vanitatibus tranſigunt.

III. Nè propterea de ipſis apud Deum dicatur tempus faciendi Domine diſſipaverunt legem tuam, illos ex animo monemus, ut diebus omnibus Deo conſecratis, Deo ipſi, ac Spiritualibus vacare ſtudeant, Eccleſias religioſius frequentent, Sacramentis ſe mundent, & communiant, Concionibus, diviniſque officiis interſint, ac ferventius ſe in operibus pietatis exerceant.

IV. Et cum nonnullæ Perſonæ mulieres præſertim, ſub prætextu honeſtatis, aut conſuetudinis, aut convenientiæ, negligant diebus feſtivis ad Eccleſias accedere, & miſſam audire, præſertim fœminæ luctuoſæ, Puellæ Virgines, donec nubant; Ad extirpandum, & evellendum omninò, hunc, quem à Diabolo irreptum in utraque Diœceſi invenimus abuſum, abſolutionis beneficium *b* Nobis reſervamus, contrà prædictas mulieres, fœminas, & puellas, quæ ſub prætextu honeſtatis, aut conſuetudinis, aut convenientiæ, aut luctus, negligunt diebus feſtivis de præcepto ad Eccleſiam accedere, & miſſæ ſacrificium audire, necnon contrà Parentes, maritos, alioſque, ſub quorum cura prædictæ mulieres, fœminæ, & Puellæ, reperiuntur, qui impedimento fuerint, ne prædictę ſub dicto prætextu, hoc ſupradictum adimpleant præceptum.

V. Diebus feſtivis de præcepto prohibemus; prout ſupra prohibitum eſt opera ſervilia exercere, aperire molendina, apothecas, ſarcinas componere, eaſque capiti, aut humeri deportare, opificia exercere, terram colere, aratro ſcindere, vel vertere, ſemen proicere, vel aliquod aliud, opus ruſticum facere, aut facere quodcumque aliud, quod homines Chriſti fideles à feſtorum obſervantia diſtrahere poterit, ſi quis autem cujuſcumque ſit ſtatus, gradus, & conditionis, operibus ſervilibus prædictis, aut ſimilibus vacando, feſtos dies de præcepto, violare auſus fuerit, præter divinam ultionem, pœna, non quatuordecim carolenorum cum dimidio, quam legi-

a *Trid. ſeſſ. 25. de dieb. feſt. S. Pius V. in conſt.* cum primum.
b *Conc. n. 38. Prov. S. Carol. hoc tit.*

Digitized by Google

legimus taxatam in Conſtitutionibus Synodalibus Prædeceſſoris noſtri Reverendiſſimi de Franci, ſed duodecim tantum carolenorum, piis uſibus applicanda, ſi deprehenſus fuerit, multetur omninò; aut cenſuris ad ſui libitum, ſi ſit ſæcularis puniatur.

VI. Permittimus verò aperiri unam partem januæ officinarum, quarum uſus eſt neceſſarius ad victum humanum, id tamen non niſi poſt ſummum Sacrum, & nunquam diebus ſolemnioribus, & tempore meſſis, & vindemiarum, aliaque conſimili occaſione, cui tunc alitèr omninò provideri non poſſit, liceat cum ità nobis, aut Vicario noſtro generali in noſtra licentia gratis concedenda, ubi præſentes fuerimus, & in alijs locis per noſtros Vicarios, convenire judicaverimus, ſervile opus aggredi, miſſa ſaltem prius audita.

VII. Monemus autem omnes, qui hujuſmodi ſervilibus operibus diebus feſtivis incumbere voluerint, ne licentias ſub ficta neceſſitate extorqueant, & aliàs advertant, ſe ipſos, non Deum decipientes, gravem contrahunt culpam; Et ſi revera, neceſſitas eos ad id obliget, curent, prout ipſos adhortamur, quatenus ex eo, quod illis utilitatis obvenerit Eccleſijs circumpoſitis, & Dei Pauperibus aliquam in alterius veluti cultus repenſum, faciant portionem.

VIII. Diebus feſtivis de præcepto a ſileant omninò omnia Tribunalia, omneſque actus, & ſtrepitus judiciales; non recipiantur juramenta, nec inſtrumenta conficiantur, & quamcumq; exequutionem, tùm rerum, & bonorum, tùm Perſonarum expreſſè, & diſtrictè prohibemus, alias præter actorum nullitatem, & divinæ ultionis incurſum, pænas ſtatutas in conſtitutionibus Synodalibus Prædeceſſoris noſtri confirmamus, & approbamus, & quatenus opus eas præſentibus renovamus ſemper tamen ad formam juris.

IX. Feſta quæ ſeruantur in utraque Diœceſi, ut quæ ſignantur Litera P. ſunt de precepto, & quæ Litera D. ex devotione

FESTA MOBILIA

Paſcha Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum duobus proximè ſequentibus diebus.
Aſcentio Domini noſtri Ieſu Chriſti.
Pentecoſtes cum duobus ſequentibus diebus.
Solemnitas Sanctiſſimi Corporis Chriſti.
Feſtum Sanctiſſimæ Trinitatis, Titularis Eccleſiæ Matricis Belvederij.
Feria quinta in Cœna Domini, de mane uſque ad Veſperas incluſivè.
Ded icatio Eccleſiæ ariatènſis, quæ celebratur Dominica infra octavam Corporis Chriſti.
Omnes dies Dominici.

O FE-

a *Cap. nullus. 15. q. 4. cap. placita. cap. conqueſtaſ. de Fer. S. Pius. Conſt.* cum primus.

FESTA STABILIA
IANVARIVS.

P. 1. Circumciſio Domini noſtri Ieſu Chriſti.
P. 6. Epiphania Domini
D. 17. Sancti Antonii Abbatis
D. 20. SS. Fabiani, & Sebaſtiani.

FEBRVARIVS.

P. 2. Purificatio B. M. Virginis
D. 3. S. Blaſii Epiſcopi, & Martyris, *& in Terra Verzini de præcepto uti Patroni.*
P. 24. S. Matthiæ Apoſtoli, *& Anno biſeſtili 25.*

MARTIVS.

4. *Anniverſarium noſtræ Electionis.*
D. 7. S. Thomæ de Aquino
D. 12. S. Gregorii PP.
17. *Anniverſarium noſtræ Conſecrationis.*
P. 19. S. Joſeph Confeſſoris
P. 25. Annunciatio B. M. Virginis.

APRILIS.

P. 2. S. Franciſci de Paula, uti Provinciæ Patroni
D. 25. S. Marci Evangeliſtæ.

MAJVS.

P. 1. SS. Philippi, & Iacobi Apoſtolorum
P. 3. Inventio S. Crucis
10. Inventio S. Cataldi Epiſcopi, & Confeſſoris, *in Civitate Cariati de præcepto tanquam Patroni minus principalis cum octava.*

IUNIVS.

D. 11. S. Barnabæ
17. S. Innocentii Martyris, in Civitate Cariati ex devotione
P. 24. Nativitas S. Ioannis Baptiſtæ.
P. 29. SS. Petri, & Pauli Apoſtolorum, Titularium Eccleſiæ Cariatenſis, *quando antè primas Veſperas, & antè Miſſam ſolemnem, Capitulum, & Clerus Civitatis, & omnes Parochi, & Beneficiati ejuſdem Diœceſis recipiuntur ad debitam obbedientiam per oſculum manus*: Necnon Titularium alterius Eccleſiæ Sabellorum.

D. 2.

Digitized by Google

IVLIVS.

D. 2. Viſitatio B. M. Virginis, *& in Terra Caccurij de præcepto uti titularis matricis Eccleſiæ.*

7. Dedicatio Eccleſiæ Cathedralis Gerontinenſis.

D. 22. S. Mariæ Magdalenæ.

P. 25. S. Iacobi Apoſtoli.

P. 26. S. Annæ.

AVGVSTVS:

1. S. Petri ad Vincula *D. P. in Terra Vetere, ut Titularis Matricis Eccleſiæ*:

P. 4. S. Dominici Confeſſoris Patroni minus Principalis totius Regni.

6. SS. Salvatoris Transfiguratio *in monte Spinelli de præcepto, uti Titularis Matricis Eccleſiæ.*

P. 10. S. Laurentij Martyris.

P. 15. Aſſumptio B. M. Virginis Titularis Eccleſiæ Matricis Terræ Scalæ, & Terræ de Verzino.

P. 25. S. Bartolomei Apoſtoli.

SEPTEMBER.

P. 8. Nativitas B. M. Virginis.

P. 19. S. Ianuarij Martyris Principalis Patroni totius Regni.

P. 20. S. Matthæi Apoſtoli.

P. 29. S. Michaelis Archangeli.

OCTOBER.

D. 4. S. Franciſci de Aſſiſio.

12. Dedicatio Matricis Eccleſiæ Sabellorum.

P. 28. SS. Simeonis, & Judæ Apoſtolorum.

NOVEMBER.

P. 1. Omnium Sanctorum.

2. Commemoratio omnium fidelium Defunctorum.

3. Anniverſarium pro Epiſcopis, & Sacerdotibus defunctis.

D. 4. S. Caroli Borromei.

6. S. Leonardi de *P. in Civitate Cariatenſi, uti Patroni Principalis.*

9. S. Theodori Martyris in Civitate, & Diœceſi Gerontinenſi uti Titularis ejuſdem Cathedralis, *quando ante primas Veſperas, & miſſam ſolemnem, Capitulum, Arcbypræsbiteri, Parochi, Beneficiati, & univerſus Clerus totius Diœceſis per oſculum manus recipitur ad debitam obbedientiam ibidem.*

D. 11. S. Martini Epiſcopi, & Confeſſoris.

D. 21. *Præſentatio* B. M. Virginis.

O 2 dedi-

26. Dedicatio Matricis Eccleſiæ Belvederii.
P. 30. S. Andreæ Apoſtoli.

DECEMBER.

6. S. Nicolai Archiepiſcopi Mirenſis *de P in loco S. Maurelli uti Titularis ejuſdem.*
P. 8. Conceptio B M. Virginis.
D. 13. S. Luciæ Virginis, & Martyris.
P. 21. S. Thomæ Apoſtoli.
P. 25. Nativitas Domini noſtri Ieſu Chriſti.
P. 26. S. Stephani Prothomartyris.
P. 27. S. Ioannis Apoſtoli.
P. 28. SS. Innocentium.
P. 30. S. Silveſtri PP.

X. Parochi a die Dominico inter miſſarum ſolemnia publicent dies feſtos, tùm de præcepto, tum de devotione, & dies jejuniorum, quæ incidunt intrà hebdomadam juxtà tabellam Ieſuniorum de præcepto, *dè qua hoc eodem titul. cap. 5. de jejunio num. 9.* nè ipſorum ignorantia præſertim Rurales jejunia, & dies feſtos tranſgrediantur, & Deo, & Sanctis ejus debitus cultus juxtà Eccleſiæ præſcriptum, negligatur.

CAPUT IV.

De Sanctorum Reliquiis.

I. QVo verò ad Sacras Reliquias, eas publicæ venerationi exponi prohibemus, etiam in Eccleſiis Regularium, niſi per Nos, vel noſtros Anteceſsores aliàs fuerint legitimè approbatæ, & ubi contingerit, ipſas legitimè exponi, ut qua decet reverentia, & veneratione colantur, deferantur, & exponantur per Sacerdotem ſuperpelliceo, & Stola indutum, & nonniſi per Sacerdotem deoſculandę tradantur, nunquàm tamen nudę, ſed ſub Criſtallo, ſeù vitro.

II. Ardeant ſemper ſaltèm quatuor candelę, dùm Sacræ Reliquię exponuntur, & ità etiam dum deportantur, vel deponuntur, & poſt expoſitionem recitetur antiphona, verſus, & oratio congruens, & nunquàm exponantur in eodem Altari ubi expoſitum veneratur Auguſtiſſimum Sacramentum.

III. Inſupèr eas ex Eccleſia, in qua aſſervantur extrahi prohibemus ad infirmos deferendas abſque noſtra licentia, & tali caſu deferantur à Sacerdote ſuperpelliceo, & Stola induto, & ſaltèm cum quatuor cereis accenſis, & laici

a *Cap. denique diſt. 4. cap. ſtatuimus d. 72. cap. ſolent de conſecr. d. 2. cap. pronunciandum d. 3. eod. tit. Synod Conſtantinopol. cap. 5 &c.*

ſaici nullo modo ſacras Reliquias tangere audeant, quas nunquam permittimus reponi, multoque minus exponi in Reliquiario ad formam ſfericam compacto, nè Chriſti fideles decipiantur, & eiſdem cultum indebitum tribuant.

CAPVT V.

De Jejunio, Oratione, & Eleæmosynis.

VBI

De Quæſtuariis.

I. DEo tribus a modis ſatisfacimus; puta Jejunio, Oratione, & Eleæmosyna, prout jejunium omnem corporis afflictionem, Oratio omne opus exterius ad cultum Dei pertinens, ut Oratio mentalis, vocalis, Pſalmodia, Sacrificia, & Oblationes, complectitur, & eleemoſyna, ut eſt omne opus, quod ex miſericordia ad proximi utilitatem impenditur; Et hęc ſatisfactio, quæ fit tribus prædictis modis, reſpondit etiam triplicibus bonis, quæ à Dèo habemus; nam ſatisfactio, fit de bonis exterioribus per eleemosynam, de bonis corporis per jejunium, & de bonis animæ per orationem; prout quoque per jejunium ordinatur homo in ſe, per elęemosynam ad proximum, & per orationem ad Deum.

II. Quanti autèm ſit jejunium apud Dèum ex eo præceteris conjici poteſt, quod per jejunium meruit Mòyſes recipere à Dèo legem ſcriptam: Elias ſtare, & loqui facie ad faciem coram Domino: Civitas Ninivæ peccatorum ſuorum indulgentiam obtinere: Anna Prophetiſſà vidère, & adorare expectatum Meſſiam: Et Salvator noſter Ieſus Chriſtus in deſerto, in quo jejunavit quatraginta diebus, & quatraginta noctibus, myniſterio Angelorum perfrui.

III. Jejunium enim purgat mentem, ſublèvat ſènſum, carnem ſpiritui ſubdit, concupiſcentiæ nebulas diſſipat, libidinis ardores extinguit, & charitatis lumen accendit, ut explicat Cartuſianus; & hac dè re Sancta Mater Eccleſia in oratione primi Sabbati majoris jejùnii, dicit, quod illud prò animabus, corporibuſque curandis ſalubritèr inſtitutum eſt.

IV. Et nè gentes b rurales, ignorantia ulla excuſari valèant à jejuniorum obſervantia, Archipresbyteri, & Pàrochi ſingulis diebus Dominicis opportunè denuncient jejùnia de præcepto, quæ incidunt per hebdomadam. & Sacriſtæ Eccleſiarum Cathedralium, & Pàrochialium, præcedènti ſero poſt ſalùtas-

a *Cathechiſ. Rom: de ſatisfact. n. 79. S. Leo ſer. 1. de Jejùn: 10. mens. D. Bernard. in ſents ſect. 12. S. Th. in ſupplem. 3. p. q. 15. ar: 3.* b *Cap. denique d. 4. cap. ſtatuimus d. 72. cap. ſolent de conſecr. d. 1. cap. pronunciandum d. 3. eod: tit. 6.*

Digitized by Google

ſalutationem Angelicam, dabunt pluribus ictibus campanæ majoris Vigiliarum ſignum;qui paritèr Sacriſtæ ſub pœna carolenorum decem pauperibus locorum applicandorum, pro qualibet vice, diebus Quatrageſimæ,& jejuniorum de præcepto indicent tempore proprio per ſonum Campanæ horam meridianam.

V. Quiſque vetitorum ciborum æſum ſine gravi neceſſitate jejuniorum tempore attentare non præſumat:Et ſi ſecus,ſtatuimus,& hac noſtra ſanctione Synodali decernimus, prout decretum fuit in Concilio Conſtantinopolitano III. *Can.*56. ut ſi ſint Clerici deponantur,ſi verò laici ſegregentur à fidelium conſortio, & eorum creſcente contumacia, tamquam de hæreſi ſuſpecti, puniantur.

VI. Nec ij quos languor extenuat, aut ætas incurvat, aut neceſſitas arctat præceptum de non veſcendo cibos vetitos, eodem jejuniorum tempore violare præſumant ſine noſtra, vel noſtri Generalis Vicarij in locis, ubi nos præſentes erimus, vel Vicariorum locorum in eis,à quibus erimus abſentes,& in ipſorum defectu à proprijs Parochis in ſcriptis obtenta licentia, quæ nunquam concedetur,ſine utriuſque medici ſpiritualis, & corporalis petentium conſilio,puta proprii Parochi,& Medici Phiſici, explicatis eorum neceſſitatibus.

VII. Advertant tamen medici,ne ſine debitis cauſis id conſulant,& permittant: Si enim abſque juſta, & rationabili cauſa hoc eorum dederint conſilium, ſuas conſcientias graviter onerabunt, & de hoc coram Deo rationem reddituri ſunt:nec quoſcumque indulgeant vetitos cibos, ſed eos tantum, qui bonæ valetudini fuerint conſulti:Et petentes perquam ſerio moneant medici, ut de ſero à cibis prohibitis abſtineat,& jejunium,quod pro animabus,& corporibus curandis,ſalubiter inſtitutum eſt, ſervent; ſicut etiam dies Mercurii Veneris, & Sabbati, excipiant,niſi morbij qualitas aliud ſuadeat, &, de hoc apertam faciant mentionem in eorum conſultis ſcripto concedendis pro directione tum petentium,tum noſtra, & noſtrorum Miniſtrorum, tum inſuper & ſuorum confeſſariorum.

VIII. Macellarii autem,carnes,non vendant ſine licentia à Nobis, vel à noſtro Vicario generali,vel à locorum Vicariis, & in eorum defectu ab Archipresbyteris, & Parochis reſpectivè concedenda ſub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, & cum eadem licentia,non in aperto, in officinis vendantur carnes,ſed intrà eas, ne aliis,ſcandalo ſint.

Dies

Digitized by Google

9. *Dies, in quibus jejunia præcipiuntur.*

Omnes dies Quatrageſimæ, Dominicis exceptis quatuor anni tempora

(Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti.
(Pentecoſtes ex conſuetudine.
(Aſſumptionis B.M.Virginis.
VIGILIA (Omnium Sanctorum.
(Omnium Apoſtolorum, excepta vigilia SS.Joannis, Iacobi, & Philippi
(S.Ioannis Baptiſtæ.
(Sancti Laurentij Martyris.

X. Et licet vigilia Sanctorum Titularium Eccleſiarum Cathedralis Gerentiæ, nec non, & Parochialium, non ſit de præcepto, hortamur tamen Populum noſtræ paſtorali curæ ſubjectum, & quidem in Domino, ut illam ſervare, & celebrare velint reſpectivè.

XI. Jejunia, quæ incidunt in diebus Dominicis, prout etiam in feſto corporis Chriſti, anticipentur ad diem immediatum antecedentem; & ità ſi vigilia S. Ioannis Baptiſtæ incidat in feſto Corporis Chriſti, anticipandum eſt jejunium feria quarta, ex declaratione fe: me. Vrbani PP. VIII. *a* ſed vigilia S. Matthiæ Apoſtoli ſi occurrat in ultima die baccanalium, non poteſt anticipari in diem Sabbati præcedentis, ut declaravit Sacra Rituum Congregatio 23. *Iun.* 1694. *relat. in Bullar. fel. rec. Innocentii PP.* XII. 93.

XII. Non ſufficit tamen jejunare ſicut Ippocritæ triſtes faciunt corporaliter tantum, ſed debemus etiam à peccatis abſtinere, unuſquiſque ſuam carnem cum vitiis, & concupiſcentiis ſuis crucifigendo, ut Deum propitiatorem invenire valeamus, & lætanter dicere, *Iejunavimus, & rogavimus Deum noſtrum, & evenit nobis proſperè*, prout dicebat Tobyas, & bona eſt oratio cum jejunio, quam Angelus portat in ſinu Abraæ, & Dominus exaudit illam.

XIII. Et non ſolum tempore jejuniorum, ſed ut monet Apoſtolus ſemper debemus orare, & ſine intermiſſione, quia nunquam in præſenti vita deeſt miſeria, & propterea de continuo indigemus Dei adjutorio, & miſericordia: Ad quod autem præceptum orationis implendum, non abſre erit, ſi in principio cujuslibet operis, quiſque præmittat ſignum crucis, orationem Dominicam recitet, & ſe divino auxilio committat, omnia faciendo ad Dei gloriam, ut debemus, ſecundum, quod explicat S. Thomas, *b* oratio debet eſſe continua, ſemper enim orat qui ſemper benè agit, & propterea juſtus nunquam deſinit orare, niſi deſinat eſſe juſtus.

XIV. Quos autem oportet Parochos præſertim, & Confeſſarios monitos facimus, ut vigilent, & diligenter exquirant, quam viam teneant, & quam ſequantur methodum, ſi qui alias orationi mentali incumbant, dam-

nan-

a *Sub die 13. Octobris 1638. in Bullar. tom. 5. conſt. 23.* b *2. 2. q. 83. art. 14. in corp.*

nardo, reprobando, prout Nos damnamus, & reprobamus, & Eccleſia damnat, & reprobat eam, quam tenuit, docuit, & in praxim deduxit damnatæ memoriæ Michael de Molinos, perditionis filius, ſed curent, ut dirigant ſe ad formam inſtructionum, quæ circà id dantur ab Authoribus ab Eccleſia probatis.

XV. Quià homines, ut plurimum bona temporalia, quæ oculis corporeis videntur, petere ſolent, & an ſaluti animæ ſint profutura, prorſus ignorant, nec curant ſcire: Parochi igitur, & Archipresbyteri Plebes ſibi commiſſas inſtruant, ut ſciant in oratione quid, quomodo, quâ mente, & quo fine petere debeant, nè ex eorum orationibus iraſcatur potius Deus, quam eis ipſorum orationibus aures præbeat.

XVI. Quo verò ad eleæmoſynam in Sacris eloquiis, nullum opus tàm enixè, & tam frequenter Nobis à Deo injugitur, quàm eleemoſyna, nullique tam placatum ſe offert, quam iis qui faciunt miſericordiam: Eleemoſyna enim in manu pauperis aſcendit in conſpectu Dei: Exorat coràm Deo pro concedentibus, eorum orationes implet, & eos liberat ab omni malo.

XVII. Verum [a] eleæmoſynæ, non ſolum erogantur in Pauperum uſum, ſed etiam in cultum divinum, & Miniſtrorum Sanctuarii manutentionem, & conſervationem cum debita decentia: Prohibemus [a] tamen eleemoſynas colligere pro Eccleſiarum fabrica, miſſarum celebratione, aut quovis alio pio uſu, ſinè noſtra in ſcriptis obtenta licentia; ita tamen, ut qui cùm dicta licentia electi fuerint ad eas, quaerendas, contineant ſe intrà limites ejuſdem licentiæ, alias punientur, prout etiàm ſi quis alio modo eadem abutatur facultate: Et quibuſcumque Eleæmoſynariis, & quæſtuariis interdicimus omnem poteſtatem Indulgentias publicandi, aut oratiunculas venditandi, ne apocryphas, ut ſæpè uſu venit ſimplicibus obtrudant.

XVIII. Quæſtores quicumque ſint, & Eleæmoſynarum Collectores pro fabrica, miſſarum celebratione, aliiſque pietatis operibus deſtinati, fideliter eas colligant, & fideliter aſportent, ad quos oportet, eiſque in propria ſpecie conſignent, ſi fieri poteſt, ſin [b] autem earum pretium, & non abutantur eorum exemptione à gabellis pro frumento, vino, oleo, & ſimilibus dato [c], & recepto pro eleæmoſyna, vel in eleemoſynam convertendo.

TI-

a *S.Congr.Ep.& Reg.in Papien. 8. Nov.1619.in Alter.conc.apud Nicol in floſcul. verb. quæſtor. num.1.* b *S.Cong.Immunit.in Oſcen 26.Feb.& in Valent.12. Nov. 1658.* c *Ead in Monopolit.20.Setpembre 1650 apud Monac.in ſir. tit.16 ſir.5.ſub num.8,*

TITULVS V.

CAP. I.

De Capitulis.

UBI

De Canonicis, & Dignitatibus, tum in communi, tum in particulari,

I. DIgnitates, & Canonici in Cathedralibus, qui dicuntur Collaterales Epiſcopi, ſicuti omnes alios in eis præcedunt, ità tamquam lucernæ ſuper candelabrum poſitæ, ceteris, qui in domo Dei ſunt, ut colluceant, oportet, & quo majori aliis præſtant dignitate, eo illuſtriori bonorum exemplo præfulgere debent, ut in eos, tamquam in ſpeculo ſine macula, alii ſuos coniiciant oculos, & ex eis ſumant, quæ imitentur, atque Nos, opera, & officio juvent, prout oportet.

II. Caveant propterea, & ab omnibus officiis, muneribus miniſteriis, & aliis quibuſcumque actibus ſervilibus ſe abſtineant, quæ ipſorum gradui, dignitati, & conditioni diſſonant & præſertim à famulatu cujusvis, quem non ſine animi noſtri merore exerceri ab aliquibus cum dedecore eorum ſtatus conſpicimus, atque ea integritate morum polleant, ut merito Eccleſiæ *a* Senatus dici poſſit, ac ſæpè animo revolvant eò magis ad emulanda chariſmata meliora teneri, quo in Eccleſiaſtica Hyerarchia dignitate præceteris de Clero præeminent.

III. Non diſcedant *b* Canonici ab eorum reſidentia ultrà viginti dies, permanſuri, ſine noſtra in ſcriptis obtenta licentia, ſub pœna ducatorum decem applicanda in beneficium Sacriſtiarum Eccleſiarum Cathedralium; & juxtà diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini *c*, nunquam tempore Adventus, Jejuniorum, Quadrageſimæ, Octavarum Nativitatis, & Reſurrectionis Domini noſtri, necnon Pentecoſtes, & Corporis Chriſti, ac feſtorum Titularium & Patronorum Eccleſiarum Cathedralium reſpectivè; Et eorum creſcente contumacia contrà ipſos procedetur ad formam Sacrorum Canonum, & etiam ad cenſuras, *d* quatenus ità expedire videbitur, præviis ſolitis monitionibus per Edictum ad valvas propriæ Eccleſiæ, ſi non habeatur certa notitia loci, ubi abſens morari contingerit, vel ſi tutus, non pateat acceſſus, aut ſi lon-

a *Cap. Eccleſia habet Senatum 2.16.q.1 Trid ſeſſ.24 cap.12 ad fin. de ref.*

b Semper requiritur Epiſcopi licentia quoties Canonici abeſſe volunt extra Diæceſim *S.Cong. Conc. apud Monacell. tit. 13 formul. 2 num. 65.*

c *Ex ead. S.C.C. apud Monacell. loc. cit.* d *Ad text. in cap. ex tuæ §. contra de Cler. non reſid. & S.C.Conc. apud Monacell. loc. cit. num. 68.*

geabit, itaut commodè perſonalitèr citari non poſſit.

IV. Quod ſi Canonicus *a* ad reſidendum monitus redeat; & iterum poſt paucos dies à reſidentia recedat, ipſum, non rediiſſe declaramus, & haberi volumus, ac non ſi rediiſſet & contra ipſum procedi; Propriè enim rediiſſe dicitur, qui animo permanſurus venit, & de facto reſidet per aliquod notabile tempus, quod ſi poſteà etiam diſceſſerit, niſi alias legitimè docuerit, ſe id feciſſe ex nova, vera, & legitima cauſa, quæ ipſum ad diſcendendum coegerit, non autem affectata, vel expiſcata, ſimiliter contra eum, uti abſentem, ac ſi nunquam rediiſſet, procedi mandamus.

V. Ut fideles diſpenſatores, Eccleſiæ jura, bona prærogativas, & juriſdictiones, tueantur, bonorum adminiſtrationi invigilent, & operam ſuam præſtent: Ad arbitrium revideantur computa Procuratori, ſed in fine cujuſlibet anni ſolidentur, & detur ſententia, quæ priuſquam in libris regiſtretur ad evitandas diſceptationes, & altercationes inter Capitulares, exhibeatur Nobis à Procuratore Capituli, & Reviſores Canonici, ſi ultra menſem poſt annum, ſine cauſa à Nobis approbanda, reviſionem diſtulerint in pœnam per Sacram Congregationem contra Reviſores rerum Eccleſiaſticarum, impoſitam, incurrant.

VI. Cum *b* literę cujuſvis, & præſertim noſtrę, vel quorumcumque aliorum Superiorum diriguntur Capitulo, ſivè Archidiacono, & Capitulo, aut Decano, & Capitulo pro rebus, & negociis Capitularibus: Decanus ſolus, ſivè Archidiaconus, nec Procurator, aut Canonicus quiſpiam eas aperiat, ſed Capitulum: ſicuti nullus ſivè Archidiaconus, ſivè Decanus, aut alter, vel aliqui ex Capitularibus, ullas literas pro negociis Capituli, & pro rebus Capituli, ac nomine Capituli, ad quoſcumque præſertim ad Nos, alioſque Superiores ſcribat, niſi de ordine Capituli, & ſi res, & negotium ſit grave capitulariter, & in loco capituli, capitulariter conventi: Expedit tamen, ut capitulariter, & per concluſionem capituli in libro concluſionum regiſtratam, unus, aut alter ex probatis Canonicis, qui una cum prima dignitate, literas pro rebus, & negociis Capituli, quæ dilationem non patiuntur, & ubi mora aliquod prejudicium inferat, aperiat, vel ſcribat nomine capituli, qui præterea totum id poſtea teneatur ſtatim referre in Capitulo: Nunquã autem omninò recurſus quicumque per memorialia, ſupplices libelles, conſimilesvè ſcripturas contrà quoſcumque, & ad quoſcumque ſuperiores, tum laicos, tùm Eccleſiaſticos interponantur, & fiant pro cauſis criminalibus, civilibus, aut mixtis quibuſcumque, ſub nomine Capituli, niſi id concluſum fuerit capitularitèr in Capitulo, & de ordine expreſſo ejuſdem Capituli: Prout quoque prohibemus; nè quis ex Capitularibus, Dignitas, aut Canonicus ſit, aut aliquis ex eiſdem audeat uſurpando nomen Capituli, uti ſigillo capituli, vel ſcripturas quaſcumque ſub nomine capituli, eo inſcio, vel

a Monacell. ibid. n. 70. b. *S. Congr. plures apud Nicolium in F. loſcul. verb. capitulum, num. 14.*

vel non capitulariter, ubi ut ſuprà neceſſum ſit ad id convento dictare, vel ſcribere, aut ſcribi, vel dictari mandare: Quod *a* ſi quid contrà diſpoſitionem præſentis noſtræ ſanctionis, quàm perpetuò Sanctam, & illibatam ſervari volumus, attentari contingerit, capitulum ipſum, interdicto Eccleſiaſtico, ipſo facto, ipſoque jure ſubjiaceat, & Capitulares particulares, ſeu Canonici, & Dignitates in particulari, pœnam ſuſpenſionis ipſo facto, ipſoque jure Nobis reſervatam incurrant, ubi particularitèr in eiſdem, & circà prædicta delinquerint.

VII. Cum ex Officialium electione, & recta officiorum diſtributione pendeat quies, & tranquillitas in capitulo, ac rerum, jurium, & bonorum Eccleſiarum fructuoſa adminiſtratio: mandamus, propterea, ut in noſtris Cathedralibus, quolibet anno quocumque humano reſpectu, odio, vel amore ſepoſito eligantur in capitulis Procurator, ſecretarius, & Punctator Capituli, hoc eſt in Cathedrali Cariatenſi ſolemni feſto Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli eiuſdem Titularium, antè veſperas; & in Cathedrali Gerontinenſi, die prima Septembris, prout hactenus ſervatum fuit, qui eorum muneri incumbant, prout qualitas officij ſecum fert, & Electio dictorum officialium fiat per vota ſecreta, capitularitèr in capitulo, & regiſtretur in libro concluſionum Capituli; Quod ſi eam, *b* non curaverint ad formam ſacrorum Canonum, & Decretorum Sacræ Congregationis poſt quindecim dies, quē terminum eidem Capitulo peremptorie aſſignamus, ac ſtatim eo elapſo, ea ad nos devoluatur, ut opportunè providere valeamus.

VIII. Verum ſi officiales prædicti in eorum officiorum adminiſtratione rectè, & iuxta debitum ſe geſſerint, ac benè, & laudabiliter ſuum quiſque adimpleverit officium, ipſorum confirmatio ſit ad Capitulorum arbitrium, habito tamen prius, & accedente conſenſu, et beneplacito noſtro, quod ultrà triennium, nunquam concedetur.

IX. Quandiù vivit Epiſcopus licèt ejus vita deſperata ſit, non ſolum tamquam illicitum, ſed etiàm *c* uti invalidum, improbum, & contra bonos mores, Eccleſia ſemper damnavit, & damnat tractatum quemcumque, ubi de ſucceſſoris convenitur electione: Et nos cupientes hujc malo occurrere circà electionem Vicarij Capitularis, quæ aliquam ſucceſſoris Epiſcopi ſapit electionem, & aliquando, ut inaudivimus id fuit attentatum unde quam plura ſcandala derivaſſe compertum eſt: edicimus propterea, ut Dignitates, & Canonici caveant omninò tàm in Capitulo, quam extrà à prædictis tractatibus, & à quacumque mutua promiſſione, aut pacto de certa Perſona eligenda in Vicarium Capitularem, antè mortem Epiſcopi, licet ejus vita deſperata ſit, alià

a *Cap. tam literis in fin. de teſtib. Fagnan. ad cap. falſariorum de crimin. falſ.*

b *S. Congr. Conc. in Fulginaten. 18. Mart. 1628. apud Monacell. formul. legal. tit. 6. formul. 10. num. 15. in fin.* c *Canon. nullus diſt. 79. cap. Bonæ memoriæ de elect. & elect. poteſt. Laym. quæſt. Canonic. de Prælat. Eccl. quæſt. 30. cap. 4.*

gè ſit,& eſſe cenſeatur nulla,& invalida electio quævis poſteà facta,ſi ex hujuſmodi improbo tractatu, pacto, & mutua promiſſione, originem traxit, et promittentes, vel paciſcentes, nec non, qui ad id conſilium, auxilium, vel authoritatem dederint, aut quomodocumque interpoſuerint, excommunicationem ipſo facto, ipſoque jure incurrant.

X. Sicuti enim, in uno corpore multa membra habemus, non autem omnia membra eundem actum habent: Ita in uno, & eodem collegio, & Communitate, quæ eſt quoddam corpus morale, non omnes eandem habent operationem, quæ per ipſorum dignitatem, & officium explicatur; quia ſi totum corpus eſt oculus, ubi eſt auditus, ſicut enim varietas membrorum per diverſa officia, & robur corporis ſervat, & pulchritudinem repreſentat, ità varietas Perſonarum per diverſa diſtributa officia fortitudinem, & venuſtatem in Eccleſia manifeſtat: Advertant propterea Dignitates,& Canonici ſuum quiſque ſibi ſervare gradum, officium, & Dignitatem, nec ijs ſe immiſceant, quorum ſua non intereſt.

XI. Prima Dignitas ergo, quæ in Cathedrali Gerontinenſi eſt ſub titulo Decanatus, & in Cariatenſi, venit ſub nomine Archidiaconatus, ſic dicta ex quo tum in choro, tùm in capitulo, tùm in omnibus alijs functionibus Eccleſiaſticis, & locis eſt primus *a*, & tamquam ſuperior, & alijs major habetur, ubi ad ipſum ſpectat in principio matutini, horarum Canonicarum, & Veſperarum intimare *Pater noſter*, dare ſignum, ut incipiantur divina officia, & quod antequam per ipſum detur ſignum finis, nemo expleto officio, è choro egredi valeat, dummodo ibidem ex officio ſit, nempè diebus, quibus omnes ſervitio chori intereſſe debent, vel in ſua hebdomada, non autem ſi ex devotione, choro interſit, quo caſu licet primus ſit in ordine, loco, & ſtallo, quo vero ad alia ad tollendam confuſionem omnia deferantur ad hebdomadarium.

XII. Inſuper ſi prima Dignitas ſit Sacerdos in decantatione Miſſarum diebus ſolemnibus, delatione Sanctiſſimi Sacramenti, Benedictione Candelarum, Cinerum, Palmarum, Fontium in Sabbatho Sancto, tum Reſurrectionis, tùm Pentecoſtes, & alijs hujuſmodi functionibus Sacerdotalibus, Epiſcopo abſente, vel eas celebrare nolente, omnibus aliis præfertur, ità tamen, ut ſi velit dictas Sacras functiones exercere, nempè candelarum benedictionem in ſolemni feſto Purificationis, Cinerum, Palmarum, Fontium, & ſimiles per ipſum etiàm Miſſæ Sacrificium, & non per alium ſequi, & celebrari debeat.

XIII. Et prima Dignitate impedita, vel abſente ad ſecundam munia prædicta, & ſucceſſivè ad tertiam, vel quartam Dignitatem, & omnibus Dignitatibus abſentibus, vel impeditis ad primum, vel ſecundum Canonicum pertinere declaramus, ut non poſſit prima Dignitas in præjudicium aliorum, qui ſibi ſuccedunt hoc munus alteri ſibi benè viſo pro libito voluntatis demandare, ſed in eo proximior Dignitas ipſius deficientis vices ſuppleat.

Ve-

a [illegible] *Caſſanen.* 1. *Mar.* 1651. *Lunen.* 30. *Aug.* 1658.

Digitized by Google

XIV. Verum pærfertur primæ Dignitati, tùm in officiò, tum in loco quivis ex Canonicis ratione ſtolæ, vel Pluvialis, in quibus eius requiritur uſus, pro ut in funeralibus, certiſque Proceſſionibus, & alijs conſimilibus actibus: & in functionibus Eccleſiaſticis, quæ ſolemnitèr per Epiſcopum explentur: Primæ Dignitati paritèr incumbit onus Presbyteri aſſiſtentis cum pluviale, & ipſe quoque eidem Epiſcopo candelam, & palmam benedictam miniſtrat, ſuumque caput cineribus aſpergit, dummodo Sacerdos ſit: & Capitulum convocat.

XV. Secunda Dignitas, quæ in Cathedrali Cariatenſi venit ſub nomine Decanatus, & in Cathedrali Gerontinenſi eſt Archidiaconatus, quid quid ſit de jure communi, quo ad eorum authoritatem, in prædictis Cathedralibus, nullam particularem habent juriſdictionem, pro Dignitatibus tamèn habentur, & in eiſdem noſtris Cathedralibus, prima dignitate impedita, in omnibus ſecunda Dignitas, eius ſupplet vices.

XVI. Archipresbyter verò, qui eſt tertia Dignitas tantum in Cathedrali Cariatenſi, quamquàm de jure in multis præſideat, de conſuetudine tamèn in hac Cathedrali, non niſi tertium in ordine locum, intèr Dignitates habet, & exercet munus Parochi, quod eidem acceſſoriè eſt unitum.

XVII. Cantoris autèm, quæ eſt quarta Dignitas in Cathedrali Cariatenſi, & tertia in Cathedrali Gerontinenſi, in utraque Cathedrali partes ſint; ut præſideat in choro in omnibus, quæ dicenda, & canenda ſunt, indicando pauſam in medio verſiculorum, pſalmos intonando, & omnia alia faciendo, quæ bonam diſciplinam cantus concernunt, & eum omnes ſi qui debent, ac modo ſedendo, modo ſtando, antè lectorile canenda oſtendat, & antiphonas, ac lectiones diſtribuat, ſive oretenus, ſivè per tabbellas, in ſolemnioribus omnino intèr intèr Canonicos, in alijs vero functionibus Eccleſiaſticis inter inferiores, prout ſibi expedire viſum fuerit.

XVIII. Quæ partes diebus, nõ feſtivis, vel feſtivis Cãtore abſente eius erunt, qui hebdomadarij munus exercere contingerit, vel aptior ſit in cãtu ea in hebdomada, in ijs, quæ cantum concernunt, & quiſquis eorum ſit advertat, nè unus omnia peragat, & cantet, vel legat omnes lectiones, prophetias, & ſimiles: mãdantes, ut diebus inferioribus lectiones primi nocturni omninò per ſimplices Sacerdotes, alioſque in ſacris conſtitutos, ubi fuerint legantur, ut & ipſi paritèr exerceantur; Et renitentes, ſivè Canonicus, ſivè quivis ſit multetur pœna duorum carolenorum pro qualibet vice, quam per punctatorem in libro punctaturarum adnotari, & eam applicari volumus in beneficium ſacriſtiarum reſpectivè.

XIX. Officium tandèm Theſaurarij, quæ eſt quarta Dignitas in Cathedrali Gerontinenſi, & quinta in Cathedrali Cariatenſi, ejus eſt; ut univerſam Eccleſię ſuppellectilem, vaſa Sacra, Cruces, & ſimiles pro ſacrarij uſu cuſtodiat, & eidem præſertim incumbat vigilantia pro Sacrarum Reliquiarum cuſtodia: Et in Cathedrali Cariatenſi Canonicus Sacrarii Præfectus, [illegible]

Google

Theſaurario ſubſit, ambo tamèn invigilent, præſideant,& curam omnem habeant de re ſacra.

XX. Quo ad Canonicum Pænitentiarium, recurrendum eſt ad ea, ſparsè ſtatuimus ſupra, titulo, 2. *cap.* 5. ubi de Præbenda Pænitentiariæ quę infrà dicemus *titul.* 8. *cap.* 4. ubi de caſibus reſervatis; Et quo ad Canonicum Theologum, ad ea quę ſupra paritèr decrevimus *tit. primo cap.* 4. de Præbenda Theologali.

XXI. Et excepto Canonico ſub titulo Sanctiſſimi Roſarij, qui ex ſua inſtitutione tèr in hebdomada, hoc eſt die Dominico, die Mercurij, & die Veneris, antè veſperas tenetur intus hanc noſtram Cathedralem, & ante altare Sanctiſſimi Roſarij, cantare Sanctiſſimum Roſarium B. M. Virginis, cum litanijs, & in eo Populum dirigere; Omnes alij Canonici, tùm Cathedralis Gerontinenſis, tùm Cariatenſis, nullum habent ſpeciale munus, & officium fixum particulare, & de Canonicis, qui tùm in una, tùm in alia noſtra Cathedrali animarum habent curam redibit ſermo infrà hoc eodem *tit.* 5. *cap.* 6. ubi de Parochis.

XXII. Cum autem in noſtra Cathedrali Civitatis Gerentiæ quinque alii Canonicatus, alias erecti puta ſub titulo Sancti Nicolai de Apriglia, ſub titulo Sanctæ Luciæ, & ſub titulo Sancti Nicolai, utrque de Calabo, ſub titulo Sanctæ Mariæ de Molerà, & Canonicatus ſub titulo Sancti V... licet, ut inaudivimus fuerint per noſtros Prædeceſſores ſuppreſſi, & extincti, & hac de cauſa nunquam proviſi, & ſemper vacantes, ità ut ſolum in eadem noſtra Cathedrali decem Canonicatus fuerint, & ſint proviſi, hoc eſt quatuor Dignitates, & ſex Canonicatus, denuò tamen, & quatenus opus ad evitandas quaſcumq; controverſias, eoſdem ſupradictos Canonicatus, *a* hac noſtra Diœceſana Synodo approbante extinguimus, & ſupprimimus, ac eorum fructus, & proventus, ſi qui ſint, ſuperſtitis decem Dignitatibus, & Canonicatibus, ut ſupra proviſis, ac maſſæ capitulari, noſtra qua in hac parte fungimur authoritate applicamus.

XXIII. Capitula, velut corpora membris compacta ſuis legibus vivere, ſuiſque regulis nutriri, & conſervari oportet; præcipimus propterea, & mandamus, ut antiqua, ſi qua habent ſtatuta, & capitulares conſtitutiones deprimant, & ubi non adſint infrà ſex menſes poſt impreſſionem hujus noſtræ Synodi, ſub Eccleſiaſtici interdicti pœna, conficiant omninò per Nos, quæ ſi ea ſivè antiqua, ſivè nova ſint, præſentare teneantur, accuratè examinanda, & corrigenda, ut tandem noſtra authoritate fulciantur.

XXIV. Methodus autem pro ſtatutis capitularibus formandis erit, ut diſtinctè exprimantur, quæ ipſarum ſint Eccleſiarum, & Capitulorum origines, fundationes, inſignia, jura, conſuetudines, redditus, onera, & munera, & id fiat ſub capitibus diſtinctis, & nihil in eis ſit, quod à juris diſpoſi-

tio-

a *Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 15.

tione exorbitet. & congregationum decretis, aut ab uſu recepto, & approbato, ſed illa appoſitè ſtatuantur, quæ pro opportunitate, & neceſſitate temporum, rerum, & locorum ad divini cultus augmentum, ſanctioris diſciplinæ obſervantiam, & Eccleſiarum utilitatem ſtatuenda judicaverint.

CAPUT II.

De Convocatione, & Celebratione Capituli

UBI

De Electione Procuratoris, Secretarii, & Punctatoris Capituli.

I. Capitula pro rebus communibus, & Eccleſiæ pertractandis negociis convocentur ſemèl in menſe, & prout alias neceſſitas urſerit, ea tamen tempore, quo Canonicis commodius erit, & nunquàm tempore divinorum officiorum, & eidem omnes interſint Capitulares; et ubi in Cathedrali Cariatenſi agitur de eorum intereſſe, etiam ſimplices Sacerdotes, non autem in aliis actibus capitularibus, electionibus, et ſimilibus juxtà eorum laudabilem conſuetudinem, quàm ſervandam eſſe ſtatuimus, & nullus ab eo diſcedat, niſi integrè terminato capitulo, et tamquam abſens punctabitur, pœna unius aurei, applicanda in beneficium communis rei Capitularis, ad præſcriptum conſtitutionum Synodalium Reverendiſſimi Prædeceſſoris noſtri de Franci.

II. Ius *a* convocandi Capitulum ſpectat ad primam Dignitatem, & eo abſente, vel impedito ad ſecundam Dignitatem, & Digniorem de Capitulò, & ſi prima Dignitas illud convocare recuſaverit, poterit ſecunda Dignitas, & ſucceſſivè Dignior poſt ipſos, eorum negligentiam ſupplere, & Capitulum convocare, non tamen pro quacumque re levi, ad defaticandum capitulares, nec de repentè congregandum erit Capitulum, ſed die præcedenti, niſi urgens neceſſitas aliàs urſerit, & præventivè ad præſcriptum dictarum aliarum conſtitutionum Synodalium, ubi opus fuerit, moneantur confratres de eo, quod agendum erit; & convocetur more ſolito, ad ſonum campanæ, niſi agatur de re graviſſima, & præſertim de electione Vicarii Capitularis, ubi ſub pœna nullitatis Capituli, præſentes in Civitate, perſonaliter etiam citari edicimus.

III. Non celebrentur *b* Capitula, niſi in ſolitis ſacriſtys, & ſi alibi, ea celebraverint, Conventicula, & Conciliabola illa declaramus. Sint autem ibidem

a *Sac. Congr. Rit. in Neapol. 25. Ian. 1698. ad 5 etiam ſi non ſit in ordinibus, Sacris Conſtitutus nec votum habeat. Monacell. tit. 2. ſer. 4 num. 24.*

b *Cap. quod ſicut de electio cap. qua fronte de appell.*

Digitized by Google

[illegible] modeſtè, & cum ſilentio: Sedeant juxta præſcriptum ordinem, & [illegible] in Canonicatu, Subdiaconis, & Diaconibus, dumtaxat exceptis, c ſemper *a* præcedant Sacerdotes Canonici, licet in ſenio Canonicatus ipſi poſteriores: Decet tamen, ut omnibus congregatis à ſtata illa oratione, *de Spiritu Sancto* dicitur, prima Dignitas, aut is, qui Capitulo præeſt i[illegible] tium faciat, neque illud dimittatur, niſi in fine redditis Deo ſolitis grat[illegible]

IV. Verum ſi Epiſcopus erit præſens in Civitate inhærendo Conſtitu[illegible] nibus Synodalibus, & Decretis, prædicti Rev. noſtri Predeceſſoris de F[illegible] ci, ac plurium reſolutionum Sacræ Congregationis & ad præſcriptum ca[illegible] Procurator Capituli, ipſum certiorem faciat de hora celebrationis Capitu[illegible] ut poſſit ſi velit ibidem præeſſe *a*, vel ſuum Vicarium Generalem ſubſtitu[illegible] dummodo non agatur de proprio intereſſe Epiſcopi, vel ſui Vicarii Gen[illegible] lis, quo caſu, ut Capitularium vota ſint libera, poterit capitulum celeb[illegible] abſque ejus præſentia.

V. Prima Dignitas, ſeu dignior in capitulo, niſi agatur de cauſa, que ſuas Perſonam, vel eius conſanguineos, & Affines tangere poſſit pertract[illegible] d. s, proponat, & reliqui per ordinem ſuo loco modeſtè ſuam ſententiam [illegible]cant, & nemo alium interpellet, ſed fraterna charitate quiſque ſuam prof[illegible] ſententiam, & alios eandem proferentes audiat: Declarantes in electione [illegible]carij Capitularis, aliorumque Officialium, poſſe Canonicum Conſanguine[illegible] & affinem pro affine, & conſanguineo ſuum votum, et ſuffragium ferre: [illegible] alijs *b* verò negotijs, et præſertim gravibus, quæ tangere poſſunt conſ[illegible] guineorum, et affinium Perſonas, uſque ad tertium gradum incluſive, q[illegible] debeant diſcedere toties, quoties de eiſdem negotijs petractari conting[illegible] et non redeat, niſi eo negotio reſoluto.

VI. Et ſi quis inchoato Capitulo ſupervenerit intereſſentibus capitul[illegible] bus ſe inclinabit, omnes advenienti aſſurgant, ipſe verò ad locum ſui ordinis cedens cum alijs conſedeat, & ſuo tempore ſuam pariter proferat ſententi[illegible] prius à prima Dignitate, ſeù Digniori in Capitulo certior factus, de ijs de qui[illegible] tunc agitur, & ſi aliquod negocium prius fuerit pertractatum, aut concluſ[illegible] amplius de eo, non erit agendum, quod pertranſijt in rem judicatam, & t[illegible] quam abſenti nullum jus, ei competat, ſuppoſito, quod omnis abſfuerit Pe[illegible] ræ contemptus.

VII. Nullus ex Dignitatibus, & Canonicis ſub quovis pretextu, c[illegible] ſa, aut queſito colore extrà Capitulum audeat in ſcriptis, ſivè per ſe, ſive [illegible]alium, proprium ſuffragium preſentare; ſed jus votandi in Capitulo co[illegible] ſit, qui animo, & corpore in eo fuerint præſentes: Quod enim collegial[illegible] agendum eſt, extra collegium à ſingulis perpeti non poteſt; Et ſi gravi negocij id tulerit, ſatius eſt eo die, quo proponitur illud ad aliud diffe[illegible] tur Capitulum, ut maturivs negocium pertractetur.

Ma-

a *Non obſtante contraria conſuetud. Sac. Congr. Rit. pluries apud Monacell. tit. 2., 4. num. 23. & ſeq.*

b *Sacr. Congr. Mediolanen. 1587 apud cit. Monacell. n. 26.*

VIII. Maxima confuſio,& diſſentio naſceretur, niſi circa deliberationes, & ſententias à ſingulis proferendas, modus, & forma tradatur: Quocirca hac noſtra Synodali conſtitutione decernimus, ut re maturè diſcuſſa, concipiatur demum reſolutio per vota ſecreta,& quod majori parti viſum fuerit, ſub pœna nullitatis actorum, ſtatim redigatur per Canonicum Secretarium in libro concluſionum Capituli, & maximam adhibeant diligentiam ad ſervandum ſecretum præſertim in electione officialium, & Vicarij Capitularis, ad evitanda quæ hactenus inaudivimus inconvenientia, odia præſertim, & inimicitias & non erit abs re, ſi talis electio fiat per cartulas in qua per ſecretarium, vel Procuratorem Capituli, eligendi nomen ſit deſcriptum.

CAPVT III.

De Officio Secretarij Capituli.

I. DE Officialium Capituli electione jam ſupra hoc eodem titulo, *cap. 1. num. 7., & ſequ.* & pariter, præcedendenti *cap. num. ultimo*, ſatis cautum eſt: Officium autem Segretarij Capituli,ut ad rem pertinet in eo conſiſtet, ut fideliter, ac diligenter adnotet, deſcribat in libro concluſionum, bono, & legibili caractere omnes, & quaſcumque reſolutiones, quæ fiunt in Capitulo, & literas Capituli ſcribat, ſervata tamen forma, prout ediximus hoc eodem *ſupradicto titulo 5. cap. 1. num. 6.* & ubi opus fuerit, ea, quæ in ultimo Capitulo determinata fuerunt, perlegat in ſequenti Capitulo, ad hoc ut illi,qui ad aliquid exequendum deputati fuerint, peractæ exequutionis debitam reddant rationem.

II. Et ad talem effectum habeat penès ſe librum benè compactum cum ſuis foliationibus, quem accurratè conſervet, & exinde ſine licentia ejuſdem Capituli, nullas omninò ſub pæna ſuſpenſionis ab officio, ipſo facto, alijſque noſtro arbitrio reſervatis, copias extrahat; & caveat ne aliqua folia concluſionum captarum adulterare quoquo modo, ſive per ſe, ſive per alios audeat, aut in eis aliquid addere, vel ab eiſdem demere, aut quid ſimile committere, neque, ut ab alijs prædicta fieri permittat, aliàs pænis contra falſarios ſtatutis punietur, alijsque noſtro arbitrio reſervatis: Et poſt ſui Electionem juramentum in Capitulo præſtet,ut ſequitur.

III. Formula juramenti Secretarij

CAPITVLI

Ego N. N. Secretarij Capituli officium, ad quod nuper aſſumptus fui, promitto, ſpondeo, & juro, me fideliter, & ſincerè, amore, timore, & odio remotis, quantum in me eſt exequuturum; ſic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

Q CAPVT

Digitized by Google

CAPUT IV.
De Officio Procuratoris Capituli.

I. OFficium Procuratoris Capituli, qui eligi ſolet, prout ſupra terminatum fuit, hoc eodem *titulo* 5. *cap.* 1. *num.* 7. *& ſeq cap.* 2. *num. ultimo* conſiſtat in onere exigendi omnes redditus, fictus, ventus, cenſus, terraticos, & ſimiles obventiones quaſcumque ad Capitu quomodocumque ſpectantes, & pertinentes, & eas inter Capitulares, & ticipantes diſtribuere.

II. Statuimus autem ad quamplura evitanda inconvenientia, quæ accidiſſe compertum eſt, ut Procurator ſuum habeat librum proprium, eo diligenter, & fideliter data, & recepta adnotet, & in fine anni de adn ſtratis debitam reddat rationem, niſi alias computa revidere voluerit Ca lum, prout ſtatutum fuit ſupra hoc eodem pariter *titulo* 5. *cap.* 1. *nu* ſumptus verò non niſi neceſſarios faciat pro rebus ordinarijs, & pro extraordinarijs, non niſi cum conſenſu capituli, ſine quo regiſtrando i bro concluſionum capituli, nec minus cauſas, & lites moveat, & ſi qui contra capitulum mouere voluerit, ſtatim id in Capitulo referre teneat ſi in hoc negligens fuerit, ultra expenſas, ad quas omnes, & ſingulas, & na, quæ Capitulo exinde provenire poterunt, teneri volumus, per Nos punietur.

III. Curabit Procurator, ut omnia credita, redditus, proventus ce jura, funerum eleæmoſinæ, miſſarum, officiorum, fructus, & emolun quæcumque ad Capitulum ſpectantes, ſuis debitis temporibus exigantu fideliter, ac ſine ulla partialitate omni odio, amore, & paſſione ſemotis, Participantes diſtribuantur ſecundum Eccleſiarum conſuetudinem, ſolit men expenſis factis in beneficium Capituli exinde prius retentis.

IV. Invigilabit Procurator omni ſtudio, & diligentia, ut terrena, v oliveta, domus, & alia bona Capituli, quorum ipſe immediatè habet debitè colantur, conſerventur, & manuteneantur, præſertim, ut pecun capitalia, quæ ex cenſuum extinctione, aut quovis alio modo Capitulo nerint otioſa non permaneant, ſed quoad fieri poteſt ſtatim inveſtiantur.

V. Quia verum, & ſcripturarum *a* particularium facilis eſt amiſſi magis in tuto ſint bona, & jura Capituli, ſepè Procurator Capituli ten operam dare, ut fiat platea in libro bene compacto omnium Iſtrumen & ſcripturarum utilium Capituli: Antequam tamen Procurator *b.* ſuu cium exercere incipiat, ad hoc, ut religioſius illud exequatur, & dilig obeat, præſtet juramentum in Capitulo ſecundum formulam datam p cretario Capituli, ut in præcedenti *Capit.* 3. *in fine.*

CAP

a. Vidi. Criſp. de viſ. p. 2. §. 27. num. 5. b Reſta in Synod. de anno 1599. ... cit. fin.

Digitized by Google

CAPUT V.

De Officio Punctatoris Capituli.

I. OFficium, & cura Punctatoris ſit, tàm Capituli,quam cujuſcumque Dignitate prædìti, & Canonicorum, aliorumque, qui ad ſervitium Chori ſunt addicti, abſentiam, & errata in libro particulari fideliter adnotare, & quem in Punctatorem eligi debeat quolibet anno, jam ſupra hoc eodem *titul. cap.* 1. *num.* 7. *& ſeq*: Nec non *cap.* 2. *num. ult.*, decretum fuit.

II. Et in primis *a* accuratè, & rectè notet Punctator Capituli, non ſolum eos, qui ſtatis Canonicis horis à choro abſuerint, verum etiam unúmquemque, qui contra has noſtras Synodales Conſtitutiones, & decreta Anteceſſorum noſtrorum in Proceſſionibus, alijsque Divinis officijs, & ſolitis functionibus Eccleſiaſticis peccaverit, aut erraverit, & eos, qui minus aptè cantus,& cæremonias peragent, poſtquam ſuper hoc opportunè moniti fuerint; hinc inde ridentes; literas particulares legentes; privatiſq; præcibus tempore, quo canendum, & pſallendum eſt, inhærentes,aliave, quæ alios diſtrahere, inquietare,& perturbare poterunt,peragentes.

III. Si quis vèro aliquam ſuæ abſentiæ, vel alterius facti cauſam afferat, quam ob rem ſe contra præſcriptas regulàs quidquam, non egiſſe, vel admiſiſſe,ne propterea abſentiæ, vel illius facti pœnam incurriſſe putet, id coram officialibus noſtris, Punctatore audito pro veritate diſcutiatur.

IV. Adnotari debent pariter, qui tardius veniunt ad matutinas Pſalmo *venite, & hymno* abſoluto; Ad horas *pſalmo primo*: Ad miſſam *Kyrie eleiſon*, & ij prò abſentibus habendi ſunt: Eos autem, qui legitimè fuerint abſentes, non adnotabit: Et legitimè ille abſens erit,qui Egrotus, flebotomus,aut funeralibus conſanguineorum,& affinium impediti Capitularibus, vel noſtris occupati, negocijs, ſicut, & ij, qui Sacramenta adminiſtrant, ut alias in præſentibus noſtris conſtitutionibus Synodalibus per Nos cautum eſt.

V. Et ſi *b* aliquem odio, amore, timore, ſimilivè paſſione Punctator notaverit, vel notandum prætermiſerit de ſuo ſatisfaciat, & ultra perjurium,pro quo reſpondere debet coram Deo, per Nos etiam punietur; Ad hoc autem, ut religioſius Punctator Capituli hoc munus obeat poſt quam fuerit electus, præſtet *c* in Capitulo ſolitum juramentum de fideliter exercendo ſuum officium juxta formulam traditam pro Secretario Capituli ſupra *hoc eodem tit.* 5. *cap.* 3. *n.*3. ſalvis *d* noſtris ſemper juribus contra punctatorem eligendi, & in ejus abſentia ad hoc explendum munus alium ſubſtituat: Et ubi major non ſit conſtituta punctatura taxam, & infraſcriptam iam alias factam pro Eccleſia Cathedrali Cariatenſi ſervari mandamus.

a 1. *Conc. Prov. S. Caroli. p. 2. tit. quomod. verſandum.*

b *S. Pius V. in conſt.* ſuſceptæ. c *Babr. in ſum. dec.* 301. *n.* 19. *& de Can. & dign. cap.* 34. *num.* 20. d *Pluries S.C. apud Monacell. tit.* 7. *for.* 5. *num.* 2.

Digitized by Google

a

Taxa Punctaturarum.

VI.
Ad Matutinum ——— gran. 1.
Ad laudes ——— gran. 1.
Ad Primam ——— gran. 1.
Ad Tertiam ——— gran. 1.
Ad ſextam ——— gran. 1.
Ad Nonam ——— gran. 1.
Ad Miſſam Cantatam ——— gran. 1.
Ad Veſperas, & Completorium, ſivè unitim, ſivè ſeparatim celebrentur ——— gran. 1.
Ad Proceſſiones, ad quas de jure, vel de conſuetudine tenentur ——— gran. 5.

VII. Verum in feſtis primæ claſſis, in quibus omnes tenentur intervenire dupplicatur punctatura,& in Functionibus, in quibus Nos Pontificaliter officia celebramus abſentes, ſi fuerint in Dignitate conſtituti,multentur pæna quinque carolenorum, Canonici trium,ſimplices Sacerdotes, aut in Sacris conſtituti duorum carolenorum, & contra Clericos abſentes, ſive celibes, ſive conjugatos, eas noſtro arbitrio reſervamus.

VIII. Prout *b* quoque abſentes à Capitulis legitime convocatis puntentur pro qualibet vice in carolenis decem.

IX. Punctaturas inter præſentes diſtribui mandamus *c*, & ne detur occaſio in præjudicium cultus divini eis, qui ad ſervitium chori tenentur ab ipſo abſentandi, præcipimus, ne intereſſentes, ſive in communi, ſive in particulari abſentibus punctaturas remittant,ſub pæna duplicatæ ſolutionis in beneficium Sacriſtiarum,Eccleſiarum reſpective,quibus pænis ipſo facto,ipſoque jure controvenientes teneantur abſque ulla declaratione etiam in foro conſcientiæ, quam pro qualitate rei,oneratam eſſe volumus: Multas vero quibus abſentes à ſervitio prædicto, vel in eo errantes puniri, ut ſupra mandavimus applicamus in beneficium Sacriſtiarum reſpective; Et ad hoc fideliter invigilent officiales noſtri.

C A P. VI.

De Parochis.

I. CVra *d* quippe animarum eſt ars artium, & certè nihil difficilius, nihil laborioſius,nihil pericoloſius,quam animas gubernare: uni enim

a *Reſta in Synod. diœc. de anno 1594. fol. 130.* b *Sinod: diæc: de anno 1705: de dignit. & can: decret: 2.* c *Trid. Seſſ: 24: de reſ: cap. 12. §. diſtributiones:*
d *S. Gregor. 1. part. 1. 14.*

enim Angelo traditur una anima cuſtodienda, & Parocho quam plures, ipſe debet eas dirigere ad portum ſalutis eternæ, alias dabit animam pro anima; Opus eſt ergo,ut ſi alios Sanctos efficere debet, ante omnia curet , ut ipſe ſit ſanctus, quinimmò,& alijs ſanctior:Nam qui ſibi nequam eſt,cui unquam bonus erit ; Et qui tenetur ex officio ad intercedendum pro Populo , & placandum Deum,quomodo placabit, qui non placet; certè iram Dei magis provocabit.

II. Quamplura , ad quæ Parochus de jure tenetur ſparſim in præſentibus noſtris Synodalibus ſanctionibus ediximus: quam exactè ergo eas paſſim perlegat, & exequatur , alioquin pęnas ſubiturus in ejiſdem ſtatutis ; Et cum ſummopere increpetur Parochorum imperitia , etiam voce ejuſdem met veritatis, ubi per Prophetam dicitur, ipſi Paſtores ignoraverunt intelligentiam, & tenentes legem, neſcierunt me . Idcircò ſe exerceant Parochi in ſtudio eorum, quæ ſibi incumbunt, & præſertim caſuum conſcientiæ, ſed in doctrina ſana, ne per ſuam ignorantiam,& oves ſibi commiſſæ, & ipſe inſimùl ſalutem periclitentur æternam .

III. Nullus *a* ad Parochiæ ſibi commiſsæ poſſeſſionem adipiſcendam, admittatur, niſi ſpiritualibus exercitiis per decem dies, ſeſe committat , ab omni rerum terrenarum aſpectu, & cogitatione ſegregatum , & ſedulò conferat in corde ſuo, qua ſollicitudine, qua charitate Populum ſibi concreditum dirigere oporteat,& inquirat,num eis præditus ſit requiſitis, quibus factus forma gregis in judicio, & veritate eum paſcere, & regere queat.

IV. Nunquam mercenariorum more oves ſuas deſerat,ſed eas tamquam bonus Paſtor agnoſcat, foveat, & diligentèr cuſtodiat: & ubi oportuerit, animam ſuam pro eiſdem quoque ponat; Et idcircò præcipimus , ut ab eorum reſidentia, Parochi ultrà biduum, prout in Sacris Canonibus conſtitutum eſt ſub pœnis in eiſdem ſtatutis,abſque licentia in ſcriptis à Nobis, vel noſtro Gen.Vic. obtenta, nunquam diſcedant , & eorum creſcente contumacia per viginti dies , ipſos , pœna ducat. decem piis uſibus applicanda multabimus, & ſi ultrà, eorum contumacia progredietur , majori ſeveritate punientur, etiam cenſuris,prout opus fuerit, et Nobis in Domino magis viſum fuerit.

V. Cum præcepto divino *b* mandatum ſit iis , quibus animarum cura commiſſa eſt pro ovibus ſuis ſacrificium offerre , ſæpè cenſuit Sacra Congregatio Concil. Parochos teneri pro Parochianis Sacrificium applicare , atque ea cum diſtinctione , ut ſi redditus pingues ſint , ſingulis diebus , ſi verò tenues, ſaltèm diebus feſtis ; Conſideratis , itaque per Nos maturè locorum , & terrarum , utriuſque Diæceſis Parochorum redditibus, ipſos ad applicationem Sacrificii miſſæ pro Populo , omnibus , ſaltem diebus Dominicis ; & fe-

ſtis

a *Ex 5. Conc. Prov. S Caroli p.3 .tit.de examinand ration.* b *Trid. ſeſſ. 23. reſor. cap. 1. & S.Congr.C. pluries apud Monacell.tit. 2 for. 2. n. 4. in append. ad tom. 1. in decr. de cel. miſſ. n. 9. nec non tit, 16. for, 2. num. 18.*

ſtis de præcepto teneri declaramus,eoſq; ad id omninò obligamus; quac que obſervantia in contrarium non obſtante, uti corruptela, prout eam ries Sacra Congregatio declaravit *ut in Appendice.*

VI. Et quo ad Parochos utriuſque noſtræ Cathedralis ad præſcrip ultimæ declarationis ejuſdem Sacræ Congregationis Concilii, ſub da 17. *Novembris ſuperioris anni* 1725. declaramus paritèr ab eiſdem e miſſas eſſe celebrandas, & applicandas pro Populo diebus Dominicis,& f de præcepto, dumtaxat, ſed per turnum,prout in eadem declaratione d Sacræ Congregationis Concilii,quæ per extenſum dabitur in appendice jus noſtræ Synodi, in qua licèt loquatur ſolum de Parochis huius nc Cathedralis Cariatenſis,eam tamen ad Parochos alterius noſtræ Cathed Gerontinenſis extendimus.

VII. Habeat Porochus ſolitos quinque libros præſcriptos *in Rit. Romano*, puta librum Baptizatorum, librum confirmatorum, librum m moniorum, librum ſtatus animarum, & librum defunctorum: Et advei ut in eis, tàm Baptizatorum, & confirmatorum, quam matrimoniorum defunctorum nomina, & cognomina deſcribantur, ut alias ſupra ſuis tit diſtinctis diximus, & quidem bono, & legibili charactere, cum data tem ris per extenſum; Et quiſque ſtudeat, ut libri ſint benè compacti, & diſ cti cum ſuis foliationibus, et caveant, ne in uno, eodemque libro, vel ies alii quatuor, vel horum aliqui compræhendantur, & non aliàs pe phabetum adnotentur matrimonia, baptizati, defuncti,& animarum ſta ſed ſubſequentèr unum poſt aliud adminiſtratum Sacramentum, & ità q ad mortuoſ, & ad librum ſtatus animarum, prout in dies occurrunt dei batur.

VIII. In Cathedralibus verò, non eſt opus, ut omnes Parochi, & q que ſuos prædictos habeat quinque libros diſtinctos, & ſeparatos, ſed ſuf prout, hactenus fuit ſervatum, ut in eiſdem Cathedralibus quatuor dun xat omnibus Parochis diſtincti ſint libri, puta Baptiſmi, confirmationis, trimoniorum, et defunctorum, in quibus propriorum Parochianorum b tiſmata, confirmationes, matrimonia, et Defunctos quiſque deſcribat; tùm habeant omnes ſeparatos libros ſtatus animarum, in quibus oves quilibet per nomina, et cognomina diſtincta ad formam Ritualis Ron adnotata recognoſcat.

IX. Si quis autem cujuſvis ſtatus, conditionis, & gradus exiſtat, te rè auſus fuerit aliquid in prædictis libris addere, vel minuere, delere, ſivè cerare aliquam partitam, ſivè paginam, excommunicationem ipſo facto currat.

X. Ut autem omnis fraus pœnitùs tollatur, eo ipſo die, quo Paroc poſſeſſionem capit ſuæ Parochiæ, inventarium mobilium, librorum, ſa rum ſuppellectilium, ſcripturarum, & ſimilium,ſub pæna ducatorum dec

pi

Digitized by Google

piis uſibus applicanda conficiat, & ad talem effectum adhibeat in Civitate Cancellarium Epiſcopalem, hoc idem in Civitate Gerentiæ, ubi adſit vel officialem, qui pro tempore fuerit, prout quoque in aliis locis utriuſque Diœceſis cum duobus teſtibus, qui de prædictis informati ſint, & ejus copiā per ipſum Parochum ſubſcriptam ad noſtram Curiam ſtatim tranſmittat; Et officiales noſtri ubi Parochi, & Archipræsbyteri fuerint infirmi eos creberò viſitent, & ingraveſcente morbo curent, ut eiſdem Sacramenta adminiſtrentur, & indeficientia officialium noſtrorum dignior, vel ſenior de Clero, hoc munus obeat, ut ſcilicet ad ipſos cum omni charitate ſe ferat, & procuret ubi id expedire videbitur, ſe aſſicurari de prædictis ſcripturis, libris, ſacris ſuppellectilibus, & ſimilibus, & Nos ſtatim moneat, & interim, ea in aliquo comodiori loco conſervet ſub clavibus, quas apud ſe retineat.

XI. Parochus *a* ſivè per ſe, ſivè per alium, dum Parochianorum domos Sabbato Santo Paſchatis Reſurrectionis aquæ benedictæ aſperſione luſtrabit, advertat, ne id præſtet in domibus meretricium, excommunicatorum, & concubinariorum: Et cum hoc munus benedicendi domos tempore prædicto Parochorum ſit proprium; Caveant *b* propterea, omnes alii Sacerdotes, tum ſeculares, tùm Regulares, ne illud, ſub pœn's noſtro arbitrio reſervatis, ſi ſibi contra formam ſacrorum Canonum uſurpare audeant.

XII. Opportunis exhortationibus, & paterno affectu contentiones, & diſſidia inter ſuos Parochianos exortas in neutram partem plus æquo declinans componere ſtudeat, & pœnitus odia, atque inimicitias, eorumque ſemina, & radices, & multò magis rixas, & contentiones inter Sacerdotes, & Clericos, quæ in Populo ſcandala graviora gignere ſolent, evellere ſatagat.

XIII. Omni cura, pietatem, & Dei cultum in Populis, aut confirment, aut promoveant Parochi, & laudabilem, atque religioſam conſuetudinem recitandi cum cantu in Eccleſiis certis quibuſdam diebus Roſarium B.M. Virginis, uſu comprobent, atque, ut hoc pium opus exerceatur invigilent, & curent.

CAPUT VII.

De Seminario Apoſtolico.

I. CVm, ut ait Sacrum Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 23. *de reſ. cap.* 18. Adoleſcentium ætas niſi rectè inſtituatur, prona ſit ad mundi voluptates ſequendas, & niſi à teneris annis ad pietatem, & religionem informetur, antequam vitiorum habitus totos homines poſſideat, nunquam perfectè

rec

a *S. Carol. in act. Eccl. Mediol. cap. quin. Inſtr. pro aduumbened. [illegible]* novarum.
b S.R.C. 4. Jun. 1620.

ac fine maximo, ac ſingulari propè modum Dei omnipotentis auxilio in diſciplina Eccleſiaſtica perſeveret: Hinc eadem Sacroſancta Synodus ſtatuit, ut ſingulæ Cathedrales pro modo facultatum, & Diœceſis amplitudine certum puerorum ipſius Civitatis, et Diœceſis, ſi ibi non reperiantur numerum in Collegio adhoc propè ipſas Eccleſias vel in alio loco convenienti ab Epiſcopo eligendo alere, ac religiosè educare, & Eccleſiaſticis diſciplinis inſtituere teneantur,

II. Quod quidem animadvertens piiſſimus Mauritius Ricci Prædeceſſor noſter Epiſcopus, nullam prætermiſit operam, quin hoc tam pium opus in ſuis Diœceſibus ad effectum, non fuerit deductum: Ea propter Seminarium hoc Puerorum, non ſolum fundavit, erexit, & dotavit, ſed inſuper particularibus privilegiis Apoſtolicis communiri curavit, & præ ceteris, ut ſub patrocinio Sedis Apoſtolicæ, quo ſpeciali nomine nuncupatur *Seminarium Apoſtolicum* reciperetur, prout obtinuit per plures literas Apoſtolicas, quas Nos inſpeximus datas de conſilio Eminentiſſimorum DD. Cardinalium, ultimas præſertim in forma brevis *ſub die* 31. *Iulii* 1628. per ſan. memor. Vrbanum PP. VIII.

III. Quibus literis Apoſtolicis in forma Brevis, ut præfertur datis, non ſolum fuit probata fundatio, dotatio, & erectio ſupra relati Seminarii per laudatum Reverendiſſimum Ricci Prædeceſſorem noſtrum ſed facta inſuper vigore prædictarum literarum Apoſtolicarum, dictus Summus Pontifex illud de novo erexit, et inſtituit, et illi ſic erecto, & inſtituto edificia, & poſſeſſiones ei pro ipſius dote per dictum noſtrum Anteceſſorem aſſignatas rurſus attribuit, et titulo donationis, quæ fieri dicitur inter vivos irrevocabiliter donavit: Decernendo Seminarium hujuſmodi per ipſum Apoſtolica authoritate, ſicut præfertur erectum, et inſtitutum robur, et ſubſiſtentiam ſortiri, et obtinerere, non à primæva ſupradicti Predeceſſoris noſtri fundatione, et erectione, ſed a noviter per dictas literas Apoſtolicas ab ipſo factis erectione, et inſtitutione prædictis; ita ut *Seminarium hujuſmodi, Apoſtolicum, & non Diœceſanum dici, & nuncupari debeat.*

IV. Et cum talibus privilegiis, & prærogativis ſucceſſores ad dictum Reverendiſſimum primum Fundatorem, & noſtri Anteceſſores Epiſcopi illud gubernarunt, & nos etiam ejus curam, ex quo ad hanc noſtram reſidentiam venimus ſūmis, licet tenuibus noſtris viribus ſuſcepimus, idque, ut oculis omnium patet, non ſine ingenti fructu contingit, nam, non ſolum ejus patrimonii partem recuperavimus, ſed illud Præceptoribus, cultu, & redditibus a[illegible]mus, & propè diem Ædibus paritèr augeri curamus: Ex hoc enim Eccleſiaſticæ militiæ tyrocinio plurimum Nobis compertum eſt quantæ ſingulis Diœceſibus, quas per varias partes Europæ circuimus accedant utilitates, ità ut nihil Sanctæ Sedi magis gratum, quàm ad ejuſdem incrementum, adhibita ab Epiſcopis cura.

V. Cum autem omnia quę ad ipſius gubernium, tùm in ſpiritualibus, tùm

Digitized by Google

tùm in temporalibus, quam, quoad bonorum ejus adminiſtrationem, & ea alia omnia hujus generis neceſſaria pro totali ſui bona directione per regulas à noſtris Prædeceſſoribus traditas, ſatis, ſuperque fuerint proviſa, nè inutilitèr hic eas repetamus ad ipſas nos remittimus, quas nupèr recognovimus, moderati fuimus, & ad uſum conſideratis, loci, perſonarum, & temporum circumſtantiis reduci curavimus, & modo hac præſenti noſtra ſanctione approbamus, & confirmamus, & in futurum inviolatè obſervari mandamus, & infraſcripta dumtaxat pro omnium notitia adnotamus.

VI. In hoc ſupradicto igitur juxta diſpoſitionem *Sac. Conc. Tridentini* noſtro Apoſtolico Collegio, non recipiantur, ſine noſtra in ſcriptis obtenta licentia, quæ nunquam concedetur, niſi pro iis, qui ad minimum duodecim annos, & ex legitimo matrimonio nati ſint, ac legere, & ſcribere competentèr noverimus, & quorum indoles, & voluntas ſpem afferat eos Eccleſiaſticis miniſteriis perpetuò inſervituros, & Pauperum filios ità eligi volumus in Alumnos juxtà numerum ſolitum in regulis ſupradictis deſignatum, ut ditiorum, non excludamus, ſub numero tamen Convictorum, qui ſuo ſumptu alentur, & ſtudium præſeferant, Deo, & Eccleſiæ inſerviendi.

VII. Et Pauperes, qui ſub nomine Alumnorum recipiuntur, non admittantur per Rectorem, niſi præſtita idonea Eccleſiaſtica cautione *a* de reficiendis damnis ipſius Seminarij, quatenùs in Clericatu permanſuri, non fuerint; Etſi per oblivionem, aut malitiam id fuerit prætermiſſum, volumus, ut ea habeatur pro præſtita, & in ſubſidium, quatenùs Pauper ſupradictus reperiatur, non ſolvendo ad prędicta damna reficienda, idem Rector, qui fuerit pro tèmpore de proprio teneatur.

VIII. Quoniam autem tempore Sedis vacantis, ut Nobis compertum eſt, & quidem non ſine animi noſtri merore, quod quamplura innovari, & attentari ſoleant in præjudicium Seminarij; Ad occurrendum malis, quæ exindè evenire contingunt; edicimus propterea cum conſenſu utriuſque noſtri Capituli, hac noſtra Synodo expreſsè approbante, ut dicto tempore nihil omninò in eodem Apoſtolico Seminario innovetur, ſed omnia *b*, & ſingula, tùm quoad gubernium, tum quoad Rectorem, & Magiſtrum conſerventur, & manuteneantur eodem modo, & forma, ac regebatur tempore prædefuncti Epiſcopi, & ſi quid innovare opus fuerit, id nonniſi cum conſilio, aſſenſu, & conſenſu expreſſo hujus noſtri Dilecti Capituli, capitularitèr convocati, & per majora ſuffragia concluſum fiat, & ſi res fuerit magni momenti accedat inſuper expreſſus conſenſus capitularitèr præhabitus alterius noſtri Dilecti Capituli Gerontinenſis, & utrumque Capitulum congrua, congruis referendo, ſuccedat in prædictis in loco, & facultatibus prædefuncti Epiſcopi, itaut nec minùs liceat Vicario Capitulari licentias

R qua-

a *Rot dec. 295. p. 19 tom. 1. rec: pt: S: C. C: in Ceſenaten. Synodi 26: Febr. 1695: Synod: Dioec: de anno 1705. de Semin: decr: unic:*

b *S. C. in Salernit 31: Auguſti 1606: apud Monacell. tit: 16. form: tom 14:*

quaſcumque in emphyteuſim concedendi, vel alienandi, aut quoque mod hypotecandi quæcumque bona ejuſdem Apoſtolici Seminarii, nec minu vigore diſpoſitionis, de qua in famigerato capitulo, *Terrulas*; ſed omni deſcrantur in capitulo, & aliàs totum id, quod Vicarius Capitularis conti formam præſentis ſanctionis attentare auſus fuerit ſit nullum, caſſum, & irr tum omninò, & ſucceſſoribus noſtris Epiſcopis in Syndicatu rationem rec dere teneatur.

IX. Meminerint tamen Seminarijſtæ, cujus gratia Sacri Concilii Tr dentini decreto inſtituta fuerunt Seminaria, & id animo revolventes ſedul intendant, ut illud divino auxilio ſuffragante, ad animarum ſalutem, ad Ec cleſiæ utilitatem, & Paſtorum ſolatium aſſequantur. Magiſtri autem Sem narii hæc ipſis inſtillent, & non minori charitate, quam diligentia ipſos eri diant, præbentes etiam exemplum vita, & moribus, ut Adoleſcentes, que talem noverint, & experti fuerint imitari valeant.

X. Et tandem tempore vacationis iidem cum ad proprias domos dimi tuntur ſemper geſtent veſtem exteriorem nigri coloris, & ſaltem qualibet pr ma, & tertia Dominica cujuſcumque menſis, & aliis etiam feſtis majoribu Sacramenta pœnitentiæ, & Euchariſtiæ frequentent: Propriæ Eccleſiæ in ſerviant, & fidei rudimenta, ſtatutis diebus, & horis, prout alii Clerici Pa rochum coadiuvando, vel edoceant, vel ſaltem eorum explanationi inte ſint, & nullus ad Seminarium revertatur, quod fieri volumus ultimo d Octobris abſque *a* teſtimonialibus literis proprij Parochi, quas Rector S minarii poſt eorum redditus Nobis deferre teneatur.

CAPUT VIII.

De Confraternitatibus.

UBI I.

De locis piis.

I. HOc pium opus, quod à primordiis Eccleſiæ in ea ſervatum conſpicit ut Chriſti fideles in unum certis ſtatis horis ad laudandum Deun aliaque piet tis, & religionis exercitia explenda conveniant, à Summis Po tificibus ſemper, & omni tempore fuit valdè commendatum, & ab eiſde Epiſcopis in eorum Diœceſibus propagatum, & nos eorum veſtigia ſeque tes ubi Nobis hactenus fuit data facultas, ut potuimus pariter, & eas, q ſub nomine Confraternitatis veniunt in noſtris Diœceſibus, in quibus o nia hujuſmodi pia loca ſunt Eccleſiaſtica, & per nos gubernantur confo

re

a *S. Carol. in Inſtitut. ad Seminar. Regim. p. 3. cap. 7. §. cum aliquas*

re curavimus : Ad hoc autem, ut cum fructu animarum Confratrum contingat præ primis eos admonitos facimus, ut contentiones, & rumores eliminare ſatagant, ſed potius certatim in frequentia Sacramentorum, Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, aliiſque, piis operibus, ad quæ per eorum regulas tenentur, emulentur majora chariſmata, & ad id ipſos perquam enixè adhortamur.

II. Et in poſterum Confraternitates, & Sodalitates Nobis inconſultis, & ſine noſtra expreſſa approbatione in nulla Eccleſia, vel Oratorio, nec minus Regularium erigantur, & alias erectæ utantur Regulis per noſtros Prædeceſſores, aut per Nos recognitis, & approbatis pro ut de iure: Et ſi secùs, non ſolùm, non lucrantur ſolitas Indulgentias, ſed pęnis etiam cenſurarum noſtro arbitrio punientur ſimilitèr prout juris fuerit.

III. Omnes Confraternites ſuum eligant Sacerdotem, vel de corpore Confratrum, vel extrà ad ipſorū placitum, qui tamen doctrina, & virtutibus ipſi præluceat à Nobis, ut conſultum eſt, & proût hactenus ſervatum fuit approbandus, ut eorum actibus, & actionibus, quæ in Cōgregationibus per ipſos fiunt interſit, & ipſos in rebus dubiis dirigat, & conſulat.

IV. Ad Chriſtianæ humilitatis exemplum, dum Confratres ſaccos induunt, caveant ne illos forma, in compoſitos, aut vetuſtate, detritos geſtent; quibus potius dum proceſſionaliter incedunt, aut in alio quovis pio opere cum eiſdem ſe exercent ad irriſionem, & contemptum Populum commovere, quàm ad pietatem, & ædificationem allicere ſoleant:

V. Quælibet Confraternitas ſuam habeat Tabellam, quæ omnibus pateat, appenſa in pariete Confraternitatis Eccleſiæ, ſeù Oratorii, & in ea adſint deſcripta omnia onera miſſarum, aliorumque officiorum, ſivè eleemoſynarum; Nec non eadem onera cum eorum Authore, libro ad id deſtinato commendentur, & ubi fuerit obligationibus ſatisfactum ſuo loco conſervetur.

VI. Ad evitanda omnia diſſidia, et contentiones, vetat hæc noſtra Synodus, nè Adminiſtratoribus, Procuratoribus, aliiſque Officialibus Confraternitatum, abſque noſtra expreſſa licentia, ultra annum adminiſtratio, vel officium prorogetur, vel confirmetur, & alias, ex nunc quamcumque Officialium, prorogationem, & confirmationem annullamus, & irritamus, & quatenus Nobis in Domino ita expedire viſum fuerit contra eos, qui talia attentare auſi fuerint, ad pœnas ut juris fuerit noſtro arbitrio reſervatas procedemus.

VII. Non audeant Confratres redditus, ſeù bona Confraternitatis in alios, quam in deſtinatos uſus convertere, & Teſtatorum voluntates, aliorumque Benefactorum, qui, vel legata, vel hæreditates, aut donationes Confraternitati contulerint, ſerventur omninò, & bona ejuſdem Confraterntatis, ſivè mobilia, ſivè immobilia ſint ſub cura Procuratoris, qui quolibet anno, & in fine adminiſtrationis rationem, de adminiſtratis reddere te-

neatur eode m fermè modo, ut ad præſentem uſque diem ſervatum fuit.

VIII. Procuratores Montium Pietatis, qui noſtrorum prædeceſſoru pietate cum maximo pauperum ſublevamine ferè in omnibus Civitatibu & locis utriuſque Diœceſis erecti conſpiciuntur, & quos Nos Summis noſtr tenuibus conſervare, & augere curavimus, advertant regulas, & ſtatuta pı eorum conſervatione, & manutentione per dictos noſtros prædeceſſores, per Nos aliàs tradita, ſervare, & in diſtributione frumenti omnem adhibea diligentiam, ut dùm Pauperum ſubſidium curatur, manutentioni, & co ſervationi ejuſdem montis conſulatur per aſſecurationem pignore, aut al conſimili modo ſibi benè viſo, & aliàs ipſos volumus teneri de proprio; ijdem ad talem effectum, antequàm adminiſtrationi ſe ingerant, non adm tantur, niſi priùs per ipſos præſtita fuerit legitima fidejuſſio, non obſta te, quod, & ipſi Procuratores omnes ſint Eccleſiaſtici.

CAPUT IX.

De Regularibus.

V B I

De Eremitis.

I. Citrà dubium Regulares aſſumpti in adjutorium Eccleſiæ, eid profigui ſemper experti ſunt, tum exemplo, tùm opere; hoc autem, ut magis, ac magis eorum diligentiam ad animarum ſalut exhibeant, ſequentes Synodales Conſtitutiones præoculis eorum ponimı

II. Curent propterea, quæ de prædicatione Dei verbi, de fidei profeſſ ne, de Sacramentorum adminiſtratione, & præſertim de Sacramento P nitentiæ, de Lectione Sacræ Scripturæ, de Proceſſionibus, & ſupplicat nibus, de benedictionibus Parochialibus, & aliis, quæ ſparſim edixin in præſentibus noſtris ſanctionibus Synodalibus, quæ ipſos tangunt, ut gant, & fidelitèr exequantur, aliàs per Nos, uti Delegatos Sanctæ S Apoſtolicæ, prout juris fuerit punientur.

III. Legant Regulares, & præſertim, qui Confeſſiones Sacrament Chriſtifidelium à Nobis approbati excipiunt, has noſtras Conſtitutiones nodales, & quidem frequentèr, adhoc, ut uno animarum Chriſtifideli terram ſcindentes, aratro, facilius, frugum ubertatem in Sanctis eo operibus ad noſtram æternam ſalutem, pro qua juſtitiæ ſemina de conti proicimus habere valeamus.

IV. Advertant autèm, Religioſos ab Epiſcopo ad confeſſiones ſæcı rium in ſua Diœceſi audiendas approbatos, non poſſe in alia Diœceſi, abſque Epiſcopi Diœceſani approbatione audire, quamvis Pœnitentes ſul ti ſint ejus Epiſcopi, à quo ipſi Religioſi jam fuerant approbati: Poſſe tem Regularem confeſſorem in ea Diœceſi, in qua eſt approbatus conſtı tes ex alia Diœceſi à peccatis in ipſa reſervatis, non autem in illa, ubi i Confeſſor eſt approbatus abſolvere, niſi eoſdem Pœnitentes noverit in f dem reſervationis ab aliena Diœceſi pro obtinenda abſolutione migr

proı

Digitized by Google

prout expreſsè cautum eſt in Conſtitutione fa: me: Gregorii PP. XV. quæ incipit *Inſcrutabili*.

V. Regulares intrà clauſtra *a* ſe contineant, & extrà ea non facilè diſcurrant, & ſi deliquerint authoritate Apoſtolica per Nos punientur, pro facti qualitate, ſi extra ea degant; Quod ſi in Clauſtris degerint, & extrà Clauſtra notoriè, & cum ſcandalo deliquerint coarceantur ab eorum Superioribus pro modo, & gravitate delicti, ſecus ſi intrà terminum à Nobis ipſis præfigendum de punitionis qualitate Nos certiores non effecerint per Nos contrà ipſos authoritate Apoſtolica, qua in j's, & ſimilibus fulti ſumus ad terminos Sacrorum Canonum, & Sacri Concilii Tridentini procedetur.

VI. Obſervent diligentèr, quæ in decretis Apoſtolicis ſtabilita ſunt, quo ad Parvos Conventus, in quibus ob exiguum Religioſorum numerum perfecta clauſtralium inſtitutionum obſervantia haberi non poteſt: Quodvè propterea viſitationi, correctioni, ac omnimodè juriſdictioni noſtræ etiam in ijs, quæ regularem diſciplinam concernunt, prout determinatum fuit per conſtitutionem felic: Recor. Innocentij PP. X. quæ incipit *Vt in parvis*, & per alia decreta Sanctæ Sedis Apoſtolicæ poſtea emanata.

VII. Decet *b* propterea adhoc, ut eorum privilegijs, & exemptionibus perfruantur numerus Religioſorum in Conventibus per Apoſtolica decreta determinatus in eiſdem ſit, & in Conventibus alias ſuppreſſis, & deinde reſtitutis, quod re ipſa ſaltem ſex Religioſi alantur, qui ſint probatæ vitæ, & ad minus ex his quatuor Sacerdotes maturæ ętatis, nimirum, quod quatrageſimum ætatis annum excefferint, alias ad formam dictæ conſtitutionis, & decretorum Apoſtolicorum prædictorum, noſtræ ordinariæ authoritati, & juriſdictioni, modo quo præfatum eſt ſubjacebunt, quibuſcumque in contrarium non obſtantibus.

VIII. Abſque noſtra, vel Sedis Apoſtolicæ facultate, de qua Nos certiores fieri debemus, non audeant Regulares, ant Confraternitates in eorum Eccleſijs, ſeu Conventibus erectæ, quacumque contraria conſuetudine non obſtante, prout pluries declaravit Sacra Congregatio *c*, Proceſſiones, ſeù ſupplicationes quaſcumque extrà Clauſtra inſtituere, vel peragere.

IX. Vllus *d* Laicus qui ſeptimum ætatis annum excedat ſub ullo pretextu etiam devotionis, aut voti Religioſorum habitum, cujuſcumque ſit ordinis deferre, & eo indui audeat; Et ſi quis Regularem, ſive Monacalem habitum, aut quaſcumque Sacras Veſtes, ſivè ad eorum ſimilitudinem efformatas ad irriſiones, larvas, baccanalia, Comedias, ac ad prophana ſimilia adhibere auſus

a *Trid. Seſſ. 6. cap. 3. de ref. et ſeſſ. 15. de Regul. cap. 14 Clemens VIII. Conſt. 39. ſuſcepti muneris. S. C. Conc. 24 Maii 1566.* b *Decr. S. Cong. iuſsu Vrb. VIII. ann. 1625. die 21. Iul. Innoc. X. Decret. 32. ut in Paruis. X. Feb. 1654. & ex declarat. S. Cong. ſub Alex. VII. die 27. Iul. 1655.* c *apud Monacell. tit. 5. form. 7. n. 26.* d *Ex lit. S Cong. de mand. Vrbani VIII. ad Archiep. Neap die 10. Ian. 1626.*

J 2

ſus fuerit, in pœnam excommunicationis, præter alias juris, ipſo facto incurrat.

X. Quoties exhibitis aliquibus regularium Apoſtolicis privilegijs in hac noſtra Epiſcopali Curia coram Nobis, vel noſtro generali Vicario, in ea judicetur à Nobis, vel à Noſtro Vicario generali, ipſa non ſuffragari caſui, de quo agi contingat, ſi dictorum privilegiorum verba obſcura ſint, & ambigua non eſſe ad metropolitanum provocandum, ſed cum ejus ſit interpretari, cujus eſt condere, dictorum privilegiorum interpretationem, ſed dis Apoſtolicæ judicio eſſe requirendum, prout alias conſtitutione *Clementis IV.* et ultimo per aliam conſtitutionem *Clementis PP. X.* quæ incipit *ſuperna* ſtatutum fuit.

XI. Multum Eccleſia exultavit in Eremitarum ſolitudine, quæ florebat quaſi lilium, & modo etiam in varijs partibus eorum vitam in ſolitudinem ducentes cum Populi edificatione Eccleſijs Ruralibus præſertim inſerviunt, ibique Sacramenta pœnitentiæ, & Euchariſtiæ frequentant, & in alijs pietatis operibus ſe exercent.

XII. Verum nemo audeat, ſive laicus, ſive Clericus ſit aſſumere, & geſtare habitum eremiticum abſque noſtra, vel noſtri generalis Vicarij in ſcriptis obtenta licentia, & nec minus, ſi eam Eremita exterus ab alijs conſimilem habuerit licentiam, niſi per Nos fuerit eadem licentia confirmata, & approbata, qua poſſit in noſtris Diœceſibus ſuam facere habitationem eremiticam.

XIII. Compareant coram Nobis, vel noſtro Vicario generali Eremitæ tempore Sanctæ viſitationis locorum, rationem reddituri de ſervitio Eccleſijs, & Eremis præſtito, nec non de ipſorum vita, actibus, & in via ſpirituali profectu.

XIV. Frequentent Eremitæ Sacramenta Penitentiæ, & Euchariſtiæ qualibet Dominica prima, & tertia, cuiuſcumque menſis, nec non alijs diebus ſolemnioribus, & caveant ſecum retinere, aut in eius Habitatione recipere feminas quaſcumque, nec non cũ eiſdem ſub ullo pretextu in Eremis coabitare quocumque gradu ſibi conjunctæ ſint, ſub gravibus pœnis, & non admittantur ad habitum Eremiticum, niſi præbeantur teſtimonia ſuper eorum vita, & moribus, nec minus uxorati, ære alieno gravati, aut inquiſiti, ſed qui reveſa videantur, quod eorum ſolitariam vitam ducere velint, unice ad Deo ſerviendum, & ad deplorãnda ſua peccata.

XV. Recitent quotidie ſaltem tertiam partem Santiſſimi Roſarij B. M. Virginis cum ſuis Litanjis, & de ſero præmittant ad ſomnum examen conſcientiæ cum actu contritionis, fidei, & ſpei, & inſuper peragant gratias Deo, & pro prædictorum, & ſimilium obſervantia invigilent Parochi, Archipresbyteri, & præſertim locorum Vicarij, quibus hanc particularem curam præſentibus demandamus.

TITV-

TITVLVS VI.
CAPVT VNICVM.

De Vita, & honeſtate Clericorum.

I. ECcleſiaſtici cum in ſortem Domini vocati ſint, & Divinarum rerum miniſterio principaliter addicti, eorum propterea talis eſſe debet ſtatus, ut ſi morum gravitate, & vitæ exemplo ſuam ipſi Dignitatem retineant, magnam afferant authoritatem ad piè, & chriſtiano more vivendum, & ſi quid piam in nullo cuiuſvis rei, vel minimo genere offendunt eorum ordo ita graviter leditur, ut illum decoris ſplendorem retinere nequeant, quem ad continendos in officio laicos homines non ſolum utilem, ſed etiam eſſe permaxime neceſſarium copertum eſt.

II. Mandat propterea hæc noſtra Synodus, ut omnes Eccleſiaſtici, cuiusvis ſtatus, & gradus ſint, ita ſuam vitam inſtituant, tam domi, quam alibi, ut omnibus ſint exemplo bonorum operum in ſermone, in converſatione in charitate, in fide, in caſtitate, in ſobrietate, ac Sacerdotes meminerint ſe eſſe Presbyteros, non ſæculares, & omnes ſibi mutuo reſpectum, & reverentiam exhibeant, & Inferiores Superioribus deferant, quiſque de ſe mutuo honorifice apud alios loquatur, contrafacientes vero pro rei gravitate puniuntur.

III. Et quilibet apud ſe paſſim repetat, non ad otium, ſed ad Eccleſiaſticam militiam vocatum eſſe, & propterea ſui muneris eſſe, ut cum divinis officijs obeundis tempus neceſſarium conſumpſerit, id quod reliquum eſt, non in rerum ſæcularium confabulationibus, & prophanis actionibus, ſed in Divinarum literarum ſtudijs, & in cæleſtium rerum contemplationibus ac ſanctis, & pijs officijs traducant.

IV. Abſtineant propterea à publicis convivijs, & converſationibus ſæcularium, & perſonarum, quibus timor eſſe poſſit, ne Eccleſiaſtici Miniſterij dignitas contemptus exponatur periculo: choreas non agant, nec ſpectent: ac Perſonati *a*, & larvati vulgo *maſcherati* nunquam incedant; nec verſentur de nocte, ludicra canendo, ſeu muſicalia inſtrumenta pulſando, aut alias canentes, aut pulſantes comitando: Ludos *b* quoque præſertim alearum vitabunt omnino, ſub pænis contentis in conſtitutionibus præcedentis Diœceſanæ Synodi.

V. Incedant *c* omnes in habitu talari, & Tonſura Clericali, ordini, gradui, & Dignitati congruente, & Tonſura quoquo decimo quinto die renovetur omnino, & eodem quoque tempore barbam tondant: ſed ſi iter faciendum

a *Cap cum decorem hoc tit. cap. nullus. 44. d. cap. null. de conſecr. d 5.*

b *Trid. ſeſſ. 22. cap. & ſeſſ. 24. cap. 12. de ref.* c *Canones & Apoſtolica decreta. & conſtitutiones quamplures apud Monacell. tit. 5 for. 9. num. 2. & ſeqq. & n. 23.*

endum ſit , vel qualitas temporis id, non permittat , liceat ipſi habitu breviori uti, & ad tempus, & iter accomodato; Advertant tamen in habitu , ne aut ſtudioſius exquiſita elegantia , aut nimis abjecta negligentia ſordes appareant ; Et comam nutrire , cujus proprij capilli, non ita protendantur,ut aures excedant,ſub pænis contentis in ſacris Canonibus,& in conſtitutionibus Synodalibus,eiſdem interdicimus.

VI. Et Clerici in prima Tonſura , vel minoribus ordinibus conſtituti, pront etiam Clerici Conjugati, Eccleſijs , quarum ſervitio adſcripti ſunt, debitis ſuis temporibus inſerviant,alias punientur pænis noſtro arbitrio reſervatis, uſque ad privilegiorum Clericalium privationem : In quacumque actione ſcenica quamcumque Perſonam, neque clerici, neque alij ,quacumque Dignitate ſint inſigniti,non ſubſtineant , nec aliquid in ea quovis modo recitent .

VII. Tutelas *a* , aut curas non ſuſcipiant , ſine noſtra, vel noſtri Generalis Vicarij in ſcriptis impetrata facultate, nec coram Iudice laico , Advocati , aut Procuratoris nomine cauſas agant, niſi pro ſua , vel Eccleſiæ, Propinquorum , aut miſerabilium perſonarum dumtaxat defentione , quibus etiam præter eas,quæ in jure conſtitutæ ſunt plectantur pænis *b* , ij qui ſine ſpeciali indulto Medicinæ, aut chirurgiæ artem,etiam citrà carnis inciſionem profiteri præſumpſerint.

VIII. Cum *c* ſummopere dedeceat, Miniſtros Deo dicatos , ſæcularibus curis eſſe intentos , & negocijs ſe ingerere ; Caveant propterea ab eiſdem , & à quibuſcumque mercaturis , & contractibus ſimilibus ſint omnino alieni: Examinari ſe non audeant *d* in foro ſeculari , nec in cauſa civili , neque in cauſa criminali , & multo minus Teſtimonium ullum ferre, neque per fidem publicam coram Notario, & teſtibus, neque per fidem, ſeu atteſtationem privatam , & multo acrius prohibemus ipſorum ſubſcriptionem in folio in albo relinquendo in manibus aliorum,ut in ipſo eorum atteſtationem,ſivè verum, ſivè falſum contineat in ipſorum abſentia deſcribant ; E ſi ſecus ſinè noſtra in ſcriptis obtenta licentia, id fecerint , Capitula, & communitates Eccleſiaſticorum punientur pæna Interdicti , Particulares vero,in Sacris Conſtituti pæna ſuſpenſionis, & Clerici pæna excommunicationis , & alijs arbitrariis.

IX. Neque pro aliquo *e* fide jubere in foro laicali , aut quamcumque querelam *f* exponere audeant , abſque noſtra facultate in ſcriptis conceſſa: Abſtineant pariter à famulatu cujusvis Perſonæ,& præſertim Feminarum,& ſi qui forte de præſenti hujuſmodi famulatui ſint addicti , ab eodem ſe dimittant , cum neminem lateat quantum dedeceat Eccleſiaſticos , qui in ſortem

Do-

a *Conc.Rom.ſub S.Silveſtr.c.16.c.duo ſunt* b *C ſententiam cap. fin. ne Clerici.*
c *C.pervenit cum ſeqq.3. c 14 q.4.c.negociatorem cum ſeq.d 88.cap 1.ne ſe immiſceant l.& 2.conc.lat.3.cap.12* d *Cap.teſtimonium cap. nullus 11.q.1. & alias apud Monacell.loc. cit.num. 12.* e *Cap. 1. de fideiuſſorib.* f *Monacell. loc. cit.num.11.*

Digitized by Google

Domini ſunt vocati, & ejus ſervitio principaliter addicti, Perſonis ſecularibus inſervire, alias punientur gravibus pœnis, ſub quibus abjecta præſertim & ſecularia munera fugiant, pſq; Domini ſciant, ſe nõ eſſe à culpa immunes, ſi talia præcipiant, & fieri permittant: & tractent præſertim Parochi, & Canonici cum Dominis locorum Baronibus, ut ab eiſdem debito reſpectu eidem Dignitati convemente ſuſcipiantur: & indecens eſt, ut dum coram ipſis negotia pertractent pedibus, ſtent, ſed eoſdem in Domino adhortamur, ut id non permittant, alias, & ipſi pro libito diſcedant.

X. Omnes Eccleſiaſtici *a* noctu domi ſe contineant, & ſine neceſſitate, non exeant, & ſemper cum veſte clericali incedant: cum fęminis *b* non cohabitent cujusvis ſint ætatis, nec cum ipſis, ubi ſcandalo fuerint, ullatenus converſentur, & eas dimittant omninò: Et meminerint, quæ Sacri Canones edixerunt, de ipſorum cohabitatione cum mulieribus, etiam conſanguinitatis, vel affinitatis gradu conjunctis: ac proinde eo magis arceant ab eorum ſervitio ancillas, & cum fœminis conſanguineis, & affinibus, quæ exceſſerint primum, vel ſecundum gradum, non niſi cum noſtra licentia, alias punientur pœnis in Sacris Canonibus, & conſtitutionibus Synodalibus Prædeceſſorum noſtrorum contentis, aliisque noſtro arbitrio reſervatis; maxime vero ſi ipſos in concubinatu verſari compertum fuerit, quod adeo ab omni jure eſt damnatum, ſive domi, ſive alibi, ſimiles mulieres, & concumbinas habere auſi fuerint.

X I. Cum arma *c* clericorum ſint Orationes, & lacrimæ, ſtrictè proptereà, edicendo prohibemus eiſdem arma, nec minus cauſa itiner s cujusvis ſint generis, exceptis iis, quæ ad domeſticum vitæ uſum dumtaxat ſunt neceſſaria, alias punientur, pœnis, & multis conſtitutis in conſtitutionibus Synodalibus Prædeceſſorum noſtrorum, & multo magis ſi à venatione præſertim clamoſa ſe non abſtineant, prout ſub dictis pœnis diſtrictè præcipimus, & mandamus; neque *d* Sacerdotes, aut quivis in Sacris, aut minoribus conſtitutus ordinibus, ſub pœna in eiſdem conſtitutionibus Synodalibus Prædeceſſorum noſtrorum contentis ſine noſtra inſcriptis obtenta licentia ultra viginti dies permanſurus diſcedere audeat à noſtris Diœceſibus.

S TITV-

a *C. Clericus d. 46. c. decorem hoc tit. c. nullus de conſecr. d. 5.* b *C. interdixit c. hoſpitiolum d. 32. c. omnibus Can. Epiſc. d. 34. vid. Monacell. loc. cit. n. 9.*

c *Can. 1. 23. q. 8. c. Clerici hoc tit. Synod. Diœc. de anno 1705. hoc tit. decr. 4. Monacell. loc. cit. n. 5.* d *Trid. ſeſſ. 23. de refor. cap. 16. S. C. C. in Fundana 2. Iun. 1674. apud Monacell. in ſupplem. in append. ad 3. tom. n. 195.*

TITVLVS VII.
CAPVT I.

De Bonis, & Iuribus Deo dicatis

VBI

De eorum adminiſtratione, & Adminiſtratoribus.

I. BOna Summo Deo dicata, dicuntur Sancta Sanctorum, & Patrimonium Chriſti, & neminem latet quantum jura, & bona temporalia conferant ad cultus Divini augmentum, quantumvè ex eorum defectu ille diminuatur: Curent propterea ij ad quos ſpectat, eorum jura, & bona, tum ſtabilia, tum mobilia ſumma religione, & pari integritate tractare, & in ijs conſervandis omnem omninò adhibeant diligentiam.

II. Et ſub pænis, & cenſuris contentis in varijs Sacris Canonibus, Bullis Pontificijs, & decretis Apoſtolicis, & præſertim in Extravag. *Ambitioſæ de reb. Eccl. alienand. vel non*, caveant, & nullo ſub prætextu, cauſa, aut quæſito colore, nulloque modo vendant, alienent, vel quomodolibet obligent, aut diſtrahant bona ſtabilia quævis, Eccleſiarum, Beneficiorum, Cappellaniarum, Oratoriorum, & ſimilium, aut eorum jura, & nec minus mobilia prætioſa, & quæ ſervando ſervari poſſunt, prout quoque, neque in emphyteuſim bona ſtabilia concedant, aut ultra triennium utile locent, & nec minus cum clauſula, ſalvo aſſenſu impetrando, & non alias aliter nec alio modo, & ſi ſecus *a* prædictas pænas, & cenſuras ipſo facto incurrunt, Et omnes contractus tali modo celebrati ſunt ipſo jure nulli, prout eos nullos, & irritos volumus, & declaramus.

III. Quo vero ad bona exigui valoris, quæ ex juris diſpoſitione, *ut in cap. terulas* 12. *q.* 2. authoritate ordinaria alienari permittuntur, caveant inſuper eorum Adminiſtratores, ne pariter ſub pæna excommunicationis ultra nullitatem contractus, ſine noſtra, non autem noſtri Vicarij generalis in ſcriptis obtenta facultate ea diſtrahere, permutare, aut quomodolibet obligare, vel ultra triennium utile locare, aut in emphytheuſim concedere audeant, nec minus cum dicta clauſula ſalvo aſſenſu proprij Ordinarij impetrando, & non alias.

IV. Noverint univerſi gladio excommunicationis Summo Pontifici in Sacris Canonibus, & Bullis Pontificijs reſervata, & eidem ex præſcripto Sacri Concilij Tridentini *Seſſ.* 22. *de refor. cap.* 11. ſubjacere, uſurpantes, aut quocumque quæſito colore, ſive per ſe, ſive per alios indebitè detinentes bona quælibet Deo dicata, fructus, redditus, emolumenta, obventiones, jura, & ſimi-

a *Vt declaravit S.C.C. apud Monacell. tit.* 14 *for.* 4. *n.* 2. *& ſeqq.*

ſimilia, nec non impedientes quomodolibet, ne ijs, ad quos ſpectant reducantur,& ne ab eiſdem percipiantur.

V. Verum Clerici prædictis alienationibus, aut uſurpationibus aſſentientes, non ſolum ſubjacent excommunicationis gladio, ſed inſuper ex præſcripto citati Sacri Concilij Tridentini puniuntur pœna privationis Beneficiorum, & ad alia obtinenda inhabilitantur.

VI. Ipſo facto, ipſoque jure excommunicationi ſubjicimus, venditores, ut bonorum emptores bonorum ſtabilium,aliorumque jurium,quæ Eccleſijs, el Cappellæ quibuſcumque ſunt obnoxia cum onere annui cenſus, canonis, vel quodvis aliud emolumentum ſolvendi, ſi hoc certo ſcientes in hujusmodi alienationibus, ſive contractibus onera prædicta tacuerint, vel tantum in genere expreſſerint, non ſpecificando Eccleſiam, vel cappellam, cui prædicta debentur: & eandem Excommunicationis pœnam Notarios, *a* alioſque in hoc malitioſè conſilium dantes,tamquam fraudis comparticipes incurrere declaramus, & ab ea niſi facta prius expreſſione prædicta, ipſos abſolvi prohibemus.

VII. Rectoribus, Beneficiatis, Cappellanis, & adminiſtratoribus quibuſcumque, pecuniarum ſummæ Eccleſiis, Beneficiis, Cappellanijs, aut Oratoriis quibuſcumque ex quovis relicto, cenſu extincto, aut aliàs quomodolibet provenientes cum onere reinveſtimenti, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ liberè non ſolvantur; nè inſuper alias indebitè ſolvendo duplicatæ ſolutionis periculo exponantur, ſed cum participatione noſtra, aut Vicariorū locorum gratis omninò facienda penes perſonam Eccleſiaſticam tutam deponantur, et Nobis, noſtraque Curia Epiſcopali in conſulta nullum fiat de ea per ipſos inveſtimentum.

VIII. Motui proprio Sixti PP. V., qui incipit, *Provida*, alijſque conſimilibus ſanctionibus, factis per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum *Benedictum* PP. XIII. inhærentes, utrumque noſtrum Dilectiſſimum Capitulum, Eccleſiarum matricium Procuratores, atque Eccleſiarum, & Beneficiorum Rectores, Cappellanos, & ſimiles Adminiſtratores requirimus, eiſque, & eorum ſingulis ſub pœna etiam Interdicti contra Capitula, & Eccleſiarum Matricium communitates ipſas, Et Excommunicationis contra alios quoſcumque, & in virtute ſanctæ obbedientiæ præcipimus, ac diſtrictè mandamus, ut infra ſex menſes poſt præſentis noſtræ Synodi promulgationem bonorum omnium, ac jurium quavis ratione ad eadem Capitula, Eccleſiaſticorum communitates,Eccleſias, Beneficia,Oratoria, & ſimilia loca pertinentium, quorum cura ipſis, ſive in communi, ſive in particulari commiſſa reperiatur, legale Inventarium conficere, & perfectum Nobis infra idem tempus pro recognitione,& approbatione ſimul exhibere habeant, & debeant ſervata in omnibus methodo, & Inſtructione ultimo per SS. Dominum N.Benedictum PP.XIII.hac de re data.

a *Minatell.tit 6.for.19.n 8.*

IX. At fieri volumus duo *a* perfectorum quorſlibet Inventariorum exempla authentica, quorum alterum collocabitur in noſtro Archivio, alterum ſit penes intereſſe habentes, ſervandum tamen cum omni diligentia, vel in proprijs Archivijs, ſeu capſulis ad id deſtinatis, ſi ea habere contingerit, vel cum debita cautela in Archivio capitulorum, & Matricium Eccleſiarum reſpectivè.

X. Epiſcopo, Parocho *b*, vel Rectore, Beneficiato defuncto, e jusve morte imminente, nemo ſuppellectilem Eccleſiæ, fruges, aliaque mobilia propria, vel ad ſuos hæredes, & legatarios quomodolibet pertinentia, bona jura, aut ſcripturas, quomodocumque ſubripere, occultare, occupare, aut fraudulenter aſportare audeat, ſub pæna excommunicationis ipſo facto incurrenda, à qua non abſolvantur, etiam ſi ſint Capitulares, eorumvè defunctorum Familiares, & Domeſtici, quavis Dignitate prædití, niſi facta eorum integra reſtitutione cum damnorum, & intereſſe, ſi quod forte interceſſerit refectione.

XI. Vt autem piæ Defunctorum voluntates debitæ exequutioni demandentur, hæc noſtra Diœceſana Synodus, præcipit, & mandat ſub pæna excommunicationis omnibus Notarijs *b*, & conſimilibus, etiam Parochis qui rogati ſint de teſtamentis, & ſimilibus ſcripturis ultimarum voluntatum, ut infrà duorum menſium ſpatium à morte Teſtatoris, vel poſt apertas tabulas, vel ſcripturas rogatas reſpectivè noſtræ Curiæ Epiſcopali omnia legata pia, & præſertim pro miſſarum celebratione, aut Eccleſijs, lociſque pijs relicta fideliter in ſcriptis referant, ut ex officio tenentur, nè alias tacitè conſentientes in eorum animæ perditionem uſurpationis participes fiant, & ipſos Confeſſarij ad reſtitutionem, etiam obligent.

XII. In dies, & non ſine ſcandalo, non ſolum in Civitatibus, ſed etiam in omnibus alijs locis utriuſque noſtræ Diæceſis clericorum, aliorum Sacerdotum, & Eccleſiaſticorum inaudiuntur conqueſtus, & diſſidia, odia, perſecutiones, & inimicitiæ ex perceptione emolumentorum, quæ ipſis ex funeralibus, miſſis, & ſimilibus officijs proveniunt: cum in deteſtabilem abuſum in utraque noſtra Diœceſi prorumperit, ut à particularibus remittantur eorum portiones, quæ inter ipſos eadem occaſione diſtribuuntur, & ſi quis eas non remittat, prædicta, & alia majora mala ſubire cogatur; Ad quæ evitanda alijſque de cauſis animum noſtrum dignè moventibus, & etiam cum multum dedeceat in Sacriſtijs, & aliquando in eiſdem Eccleſijs ipſorū diſtributionem fieri eodem tempore, quo celebrantur funera, vèl Miſſæ decantantur, & ſimilia explentur officia: ſtatuimus propterea, hac noſtra Diœceſana Synodo approbante, ut Procuratores Capitulorum, & quarumvis Eccleſiarum inferiorum ſub pæna ſuſpenſionis ab officio, & ducatorum decem pro qualibet vice, ipſo facto incurrenda, & applicanda reſpectivè in beneficium Sacriſtiarum

a *1. Conc. Prov. 1. S. Carol.* b *Conc. lat. IV. c. 32. cap extirpanda §. Qui vero de Preb.* c *Monacell. tit. 6. for. 15. n. 8. & tit. 14 for. 1. n. 16.*

Digitized by Google

rum earundem Eccleſiarum eas omninò integras recipiat, & exigat a b omnibus abſque ulla Perſonarum exceptione, & illas fidelitèr inter præſentes tèr in anno diſtribuat, & nullus ſuam portionem cuilibet remittat ſub pæna duplicatæ ſolutionis in beneficium Sacriſtiarum, de quibus ſupra, cui ipſo jure, ipſoque facto contravenientes ſubjaceant, abſque alia declaratione, etiam quoad forum conſcientiæ, quàm gravitèr oneratam eſſe volumus, & decernimus quouſque præſens hæc noſtra coſtitutio Sanctè, & inviolabilitèr ſuum integrum ſortiatur effectum.

CAPVT II.

De Decimis.

I. NOn ſunt ferendi, ut Patres in Sacro *a* Concilio Tridentino exclamarunt, qui varijs artibus, decimas, ſivè perſonales, ſive ſacramentales, aut mixè ſint, ſubtrahere moliuntur, aut qui ab alijs ſolvendas temerè occupant, & in rem propriam vertunt: Monitos propereà facimus omnes,& quoſcumque cuiusvis ſint Dignitatis, & præminentiæ, ut eas, quæ ſunt divina tributa, fidelitèr, & integrè, cui debentur perſolvant, nec impedimento ſint, nè eiſdem perſolvantur, multoque minus eas occupent, & in rem propriam vertant.

II. Has enim ſibi Deus *b* ad univerſalis dominij ſignum reſervavit, & ei qui decimas dederit, non ſolum fructus abundantiam repromittit, ſed etiam, & ipſe corporis, & animæ ſanitatem conſequetur, quod alias Deus, qui ab hominibus in decimis, & primitiis configi ſe declarat, in penuria ipſos maledicit, & qui non dederit decimam, ad decimam revocat, & certè dabit in pio militi, quod Sacerdoti denegat, quodque, ut ait Auguſtinus tollit Fiſcus, quod, non accipit Chriſtus.

III. Et in omnibus Parochijs utriuſque Diœceſis de menſe Auguſti ſolvuntur Parochis Decimæ, tùm Perſonales, tùm Sacramentales pro qualitate perſonarum in pecunia numerata, tùm prædiales, ſeu mixtas in frumento, & ordeo, ſeu germano, ut in loco ſabelli pro numero bobum, & animalium arantium, aut agricolturæ exercitio, in quibus habet Epiſcopus tantum quartam, tamquam Parochus Parochorum, & ſuperior ordinarius, ac Paſtor totius Diœceſis, *c* quam non deſolventium, ſed de Parochorum manu percipit, vel in ſpeciè, ut in Civitate Cariati, Terra Vetere, & Sancto Maurello, vèl in certa quota, ut in omnibus alijs Terris, & locis cum Prædeceſſoribus tranſactam, & eas ultra Ius Cathedratici, & quartam mortuariorum, qua vocant quartam Canonicam juxta locorum conſuetudinem.

In-

a *S. Conc Trid. ſeſſ. 25. cap. 12.* b *Pontifical. Roman. tit. de Eccl. dedicat in ſerm. ad Popul circ. med.* c *Vid: pluries Rot. citat. per Ventrigl: in fr. citand. n. 15.*

IV. Inſupèr ex antiqua *a* conſuetudine,& à tempore cujus memoria nulla eſt in contrario ſoluitur menſæ Epiſcopali, tum Gerontineſi, tùm Cariatenſi decima temporalis, puta in quibuſdam paſcuis, quos vocant *curſus*, tum ab Exteris, tùm à Concivibus quibuscumque pro paſcuo omnium, & quocumque animalium, cuiuscùmque ſpeciei, quæ in ſpecie perſolvitur, ſi animalia ſint decimabilia, in ſpecie, ut ſunt oves, & capræ, de quibus infrà; Et æquivalens in pecunia *b* numerata iuxta capacitatem paſcui curſus, ſi in eiſdem curſibus animalia, non decimabilia depaſculentur.

V. In omnibus verò alijs locis, territorijs, & paſcuis, ſive communibus, ſeu demanialibus, ſivè clauſuris, ſeu Defenſis, & alijs quibuſcumque per totum territorium utriuſque Diœceſis perſolvitur dicta temporalis decima dumtaxat de fætibus ovium, & Caprarum, poſtquam nutriti ſunt, ac de eorum lacticinijs ab omnibus exteris ſolum, tùm Eccleſiaſticis, tùm Regularibus, & ſæcularibus: à quarum ſolutione Patroni fructus dictorum animalium exempti ſunt, ſi nati ſint in Parochia, & territorio paſcui dumtaxat, quoſque ad effectum exemptionis prædictæ, non juvat, quæcumque alia civilitas, quæ per domicilium, etiam longi temporis, & Dignitatem quamcumque, ſive laicalem, ſive Eccleſiaſticam contrahitur.

VI. Verum dimidiam decimam *c* deberi per Patronos fructus dictarum ovium, & caprarum, dum oves, & Capræ paſcunt in uno loco, ubi ſunt exempti à decima prædicta, & in alio ſtationem faciunt, vèl è contra, puta ſi Cariatenſes ſtationem faciunt in territorio Cariatenſi, & paſcunt in territorio ſcalæ, vel paſcunt in territorio Cariatenſi, & ſtationem faciunt in territorio ſcalæ; Prout etiam mediam decimam ſolvunt Extradiœceſani, qui ſtationem faciunt in eorum Diçceſi, & paſcunt in aliquo ex territorijs noſtrarum Diçceſum, & è contra: Vel pro rata, ſi animalium Cuſtodes, qui habent ea ad quintam omnes, vèl aliqui, ſi fuerint exteri, hoc eſt, non nati in Parochia, & loco paſcui, & integra ſemper, ab Exteris, etiam ſi ſint eiuſdem Diœceſis, quoties, tùm Patroni fructus, tùm Cuſtodes omnes extrà propriam Patriam degunt, & paſcunt, non obſtante, quod fœtus nati ſint in montaneis.

VII. Et inſuper perſolvitur decima diebus feſtivis Menſæ Epiſcopali de Piſcationibus, & Piſcibus, *d* prout etiam de aucupio, ſivè de avibus, & volucribus, *e* quæ retibus capiuntur, & qui dictas Decimas Parochis, & Cathedralibus Eccleſiis, ac menſæ Epiſcopali reſpective debitis ſubtrahunt, aut impediunt earum ſolutionem, & eam ſolvere negligunt, & pertinaciter excuſant ab hoc crimine, ultrà alias pęnas juris, non abſolvantur, niſi plenè reſtitutione ſequuta.

Titu-

a *Vid.Card.de luc.de decim.diſcurſ.8 per.t.* b *cap.commiſſum.de dec.apud.Ventrigl.infr.citād.nu.6.* c per ea quæ aducit *gloſſ. in cap. ad Apoſtolic.de dic. Verb.perſonales. apud.Ventr.infr.cit. n.8.* d *ad text. in cap. pervenit de decim:* e *mover.de decim.apud.Ventrigl.com.2.annot 27 §.1.n.9.*

TITVLVS VIII.

CAPUT I.

De Blaſphemiis, Superſtitionibus, & Maleficiis.

I CErtè grave, atrox, atque immane ſcelus committit, qui Sacroſanctum Dei nomen ab omnibus benedicendum, vel Sanctos cum eo regnantes, impuro, contaminato, & ſacrilego ore blaſphemare, aut execrari audet; Adeò quod in Sacra Scriptura blaſphemi à toto Populo lapidibus obruuntur, & Dominus ob blaſphemias Senacherib, Aſsyriorum Regis per Angelum ſuum percuſſit centum octuaginta quinque millia hominum de ejus Exercitu, & Antiochus ob blaſphemias horribili plaga percuſſus fuit.

II. Et etiam jura, tum Eccleſiaſtica, tum civilia graviſſimas ſtatuunt pœnas in blaſphemos: Et quidem jure canonico jubetur blaſphemus die Dominico ſtare flexis genibus præforibus Eccleſiæ cum candela in manu accenſa, dum celebrantur miſſarum ſolemnia, & Sanctus Pius V. acrem edidit conſtitutionem, quæ incipit, *cum primum* contrà blaſphemos, ut quoque fecerunt alii Summi Pontifices: Iure autem civili olim blaſphemi pœna mortis puniebantur, & modo per varia, regna variis concutiuntur pęnis blaſphemi.

III. Ad extirpandum, quantum in Nobis eſt hoc immane facinus, quod non ſine animi noſtri ſummo merore paſſim committitur, adempta ſit Confeſſariis facultas abſolvendi blaſphemantes Deum, vel B. M. Virginem cum plena advertentia, etiam ſi ſemel id fiat: Et blaſphemantes Sanctos, vel animas in communione Eccleſiæ, Defunctorum paritèr ſi tamen tèr moniti à ſuis Confeſſariis, & in diverſis confeſſionibus, non reſipuerint, & eam nobis reſervamus.

IV. Declarantes eos ad hunc effectum dici blaſphemare Deum, B. M. Virginem, & Sanctos ejus, qui deliberatè contra Deum, B. M. Virginem, & Sanctos ejus verbum contumelioſum, injurioſum, obſcenum, turpe, maledicum, pudibundum, indignum, aut in contemptum, deriſionem, convicium, aut injuriam Dei, vel Sanctorum, quatenus Sancti ſunt, proferunt; quod ſi blaſphemus habeat errorem in intellectu in prædictis, & circa prædicta aliquid credendo cum pertinacia, quod opponatur articulis noſtræ Sanctæ Fidei; cum tunc talis blaſphemus ſit hæreticus, & innodatus excommunicatione contenta in bulla ſolita lege die Cœnæ Domini, abea extrà caſum mortis à nemine poteſt abſolvi, prætèr quam à Romano Pontifice.

Si

V. Si verò nullum habeat errorem in intellectu circa prædicta cum blaſphemiæ abſolutio Nobis, ut ſupra ſit reſervata, abſque noſtra propterea facultate abſolvi, non poterit; vel niſi blaſphemus, non animo, & intentione injuriandi Deum, B. M. Virginem, & Sanctos ejus, ſed ex pura inadvertentia, v. g. in ſubita animi commotione, aut iræ impetu, talia protulit: Et blaſphemantes mortuos, nec minus poterint abſolvi ſine noſtra facultate, ſi tamen ter fuerint moniti à propriis Confeſſariis, & in diverſis confeſſionibus, et adhuc ſe, non emendaverint; Et id citrà præjudicium aliarum pœnarum, de quibus in dicta conſtitutione contra blaſphemos edita per Sanctum Pium V. quoad Perſonas Eccleſiaſticas, quæ fortè hoc immane ſcelus, quod Deus avertat auſi fuerint committere.

VI. Advertant tamen Confeſſarii, qui facultatem habuerint abſolvendi hujuſmodi blaſphemos, pœnitenti, quem noverint ad blaſphemiæ flagitiũ proclivem, ne facilem imponant pęnitentiam, ſed gravitati ſceleris reſpondentem, quæ ſcilicèt, tum ad morbi curationem, tum ad criminis vindictam, & caſtigationem deſerviat, & non erit absre ſi pro qualitate Perſonarum præcipiant illis, ut lambendo terram, cruces efforment, vel per menſem flexis, & nudis genibus integrum Roſarium, aut alias preces recitent, vel ut ad terram proni toties Deum laudent, quoties eundem blaſphemiis affecerunt, vel ut jejunia, abſtinentias, & diſciplinas frequentent, aliquod Sacrificium celebrari faciant, præſertim pro mortuis, quos blaſphemare auſi fuerunt, vel prout alias ſibi in Domino viſum fuerit, ut ſic correpti deinceps à tam atroci flagitio deterreantur.

VII. Diſtrictè prohibemus omnem uſum medicinæ, in quo adhibentur ſigna cum nominibus incognitis; ſivè precibus, & verbis, quamvis ſacris adjunctis, etiam ſignis Crucis: necnon quemcumque medendi uſum, qui non ſit naturalis, & ex ſua innata virtute vim ferendæ ſalutis, non habeat; Et ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, nobis reſervata nullus abutatur rebus ſacris, Sacramentalibus, & Sacramentis in ordine ad ſortilegia, maleficia, & incantationes quaſcumque: necnon, & ipſa ſortilegia, incantationes, & maleficia quæcumque, etiam ſine abuſu rerum ſacrarum, Sacramentalium, vel Sacramentorum committentes, incurrant in eandem excommunicationem latæ ſententiæ, Nobis ſimiliter reſervatam.

VIII. Invigilent Parochi ſi aliquis exiſtat in propria Parochia, qui rebus ſacris, Sacramentalibus, & Sacramentis abutatur, modo quo præfatum eſt: vel ſortilegia, maleficia, aut incantationes quaſcumque committat, & præſertim, quoad mulierculas, quæ, ut plurimum exercere ſolent ſupradictum uſum medicinæ, & medelas, & repertis, ſtatim Nos, & noſtram Curiam de prædictis certiores faciant, ut opportunè providere valeamus, prout juris: & omnem adhibeant diligentiam evellere ex Rudium præſertim animis radicem prædictorum, diabolicæ peſtis.

De-

IX. Declarantes omnes teneri, ſivè laici, ſivè Eccleſiaſtici, ne dum ſæculares, ſed etiam Regulares Nobis ſignificare, non ſolum infectos hæreſis labe, aut de ea quomodolibet ſuſpectos, ſed etiam omnes alios, qui prædicta committere reperti fuerint, vel ea, & uſum prædictum medendi docere, aut dictis maleficijs, incantationibus, & ſortilegiis uti, ad effectum de quo ſupra.

CAPUT II.

De Crimine Falſi.

I. QVæ mala, quævè damna, & quæ ſcandala Chriſtianæ Reipublicæ ex hoc crimine inferantur experientia ipſa comprobatur; Vt igitur tam execrabile ſcelus ab utraque noſtra Diœceſi, ubi quam frequens ſit, continui conqueſtus, lamentationes ubique, quærelæ, & hujus criminis accuſationes, quos non ſine animi noſtri memore inaudimus ſatis edocent, pænitus quantum in Nobis eſt eradicetur, gladio excommunicationis latæ ſententiæ Nobis reſervatæ ſubjicimus eos.

II. Qui falſum dixerint teſtimonium, tàm in cauſa civili, quàm in cauſa criminali: aut qui falſam formaverint ſcripturam, vel inſtrumentum, vel qui inſtrumentum, vel ſcripturam quamcumque falſificaverint in grave præjudicium tertii: Et qui in prædictis omnibus, & circa prædicta conſilium, auxilium, mandatum, aut favorem reſpectivè, & ſcientèr præſtiterint.

III. Nec non a libellos famoſos, aliaſque ſchedulas infamiam irrogantes, ſive verum, ſive falſum continentes; Vel memorialia, aut litteras, quas vocant cecas, falſum continentes; tacito Authoris, aut ſub ficto, vel ſuppoſito alterius nomine formantes, conſulentes, tranſmittentes, ſcribentes, circumferentes, publicantes, & affigentes reſpectivè ſcientèr.

IV. Advertant Confeſſarii, ut accuratè, & prudentèr cum talibus ſe gerant, & ſemel abſolutos ex facultate à Nobis conceſſa, ne iterum abſolvant, ſi in hoc relabantur crimine, etiam ſi à Nobis facultatem obtinuerint, niſi vitæ emendationem ex ſua prudentia, certò ſperent; ſemper tamen præcedente partis ſatisfactione, & non aliàs.

CAPVT III.

De Concubinariis, & Vſurariis.

I. GRave peccatum eſt, homines ſolutos concubinas habere: graviſſimum verò, & in Sacramenti matrimonii ſingularem contem-

a *Cap quidam maligni. cap. ſi qui. 5. q. 1. cap. 1 qui in alterius. 15 q. 11.*

ptum, uxoratos quoque in hoc damnationis ſtatu vivere, & concubinas proprio ſumptu domi, vel extrà habere: Ad hoc tam grave malum reparandum, prout cupimus, excommunicationis ſententia, cedulonibus publicanda, mandat hæc Diœceſana Synodus *a* coerceri hujuſmodi Concubinatios, ſivè viri, ſivè feminæ ſint, tum ſolutę, tum conjugatæ, ſi debitis monitionibus præmiſſis, minimè receſſerint à mutua hujuſmodi peccandi conſuetudine.

II. Etſi excommunicatio promulgata, non fuerit, nec eos abſolvi volumus, niſi facta inter ipſos reali ſeparatione, tam quoad Thorum, quam quoad domum, & quod ad minus per duos menſes ſe continuerint, vel niſi certo, aut valdè probabilitèr conſtet factos phiſicè, vel moralitèr impotentes, aut paulò poſt inter ſe matrimonium contracturos, dummodò phyſicè, & realitèr ſint ſeparati.

III. Quo verò ad uſuram ea certè omni jure eſt prohibita, & peſtis eſt humani commercii, ac deteſtabile vitium, quod inopes trucidat: Ad quod ergo tam grave peccatum èvitandum perſæpè Parochi Populum moneant, ne quid ultrà ſortem recipiatur ex mutuo, vel ex depoſito pecuniæ, neque per pactum, neque per ſpem futuri lucri, & multò minùs ob dilatam ſolutionem pluris juſto pretio frumenta, ſegetes, & quælibet aliæ res vendantur, vel opera locentur,

IV. Protùt quoque contractus uſurarios declaramus venditiones frumenti vitioſi, ſegetum, aliarumque rerum defectu aliquo laborantium, cum pacto, ut tantundem boni, & integri reſtituantur, etiam prætextu dilatæ ſolutionis; Nec ab uſuraria labe eſt immunis, qui alicui dat mutuo E. g. decem, & in ſcriptura, ſeù Apoca facit deſcribere undecim: Vel qui recipit intereſſe alterius intereſſe.

V. Item ſi mutui detur de Menſe Aprilis unus ordei modius, ut de menſe Auguſti unum frumenti modium, qui pluris valeat recipiat; Non tamèn committit uſuram quando, quis mutuat vetus Triticum, ut tantundem novi ſibi reddatur, dummodò concurrat æqualitas pretij, ut tantum valeat vetus, quantum valebat novum, aut valiturum ſperatur: Ità enim ſervatur æqualitas intèr datum, & acceptum, & nullus lucratur cum aliena jactura.

VI. Quodque etiam reputatur uſura, ſi mutuatario cui pecunia creditur, obligatio imponatur, ut mutuantis agrum colat, vel metat, vèl ſuis bobus aret, uvas colligat, & alia huiuſmodi faciat; vèl ut liceat in aliena Paſcua, greges, vèl equos immittere: in aliena ſilva ligna facere; aquam per fundum debitoris ducere; vèl ſi ob cauſam mutui debitor, operas ſuas minoris locaverit, vèl res vendiderit.

VII. Sixtus PP. V. in ſua conſt. quæ incipit, *deteſtabilis avaritiæ* damnavit, & reprobavit, & Nos damnamus, & reprobamus contractus, conventio-

a *Trid. ſeſſ. 24. de refor. Matr. cap. 8. ſeſſ. 25. cap. 14. de ref.*

tiones, & pactiones, quibus mercatoribus, opificibus, Negotiatoribus, & alijs Perſonis ſuper eorum mercibus, Officinis, Tabernis, pannarijs, rebuſque alijs, ac bonis, pecunias ſuas, aut alias res ſocietatis nomine conferunt; vel greges, armenta, aut certa animalia agricolis, ſeu terrarum cultoribus, Paſtoribus, alijſque ruſticis, ſeu quibuſuis Perſonis dant in ſocietatem, ſivè in ſoccidam, ut vocant, ea conditione, ut ſors ipſa, ſeu caput, quod vulgo dicitur *capitale*, tàm pecuniarum, quam animalium, & rerum ſalvum ſempèr, & integrum exiſtat favore eius, qui induſtriam, aut operas non confert in ſocietatem, ſed pecunias, animalia, aut res huiuſmodi, utque omne periculum, & damnum contrà æquitatem, & ſocietatis juſtitiam ab altero ſocio recipiente ſubſtineatur.

VIII. Et idem Sixtus V. eadem ſua conſtitutione, non eſſe contractus uſurarios, declaravit, & Nos pro conſcientiarum ſerenitate declaramus, ſi unus pecuniam, animalia, aut alias res, & bona; Alter verò operam, & induſtriam conferat purè, ſincerè, & bona fide juſtis, atque æquis conditionibus, & pactis ſecundum juris diſpoſitionem, ac ſine ulla prorſus fraude, palliatione, aut uſurariæ pravitatis labe, aut ſuſpicione, ità ut non ad certam ſummam, aut quantitatem ab omni periculo, & damno, ut præfertur immunem lucri nomine perſolvendam, neque ad capitale, ſi caſu fortuito perit, reſtituendum, ſocius accipiens teneatur.

IX. Si verò finita ſocietate ipſum capitale extat, ei, qui illud in ſocietatem contulit, reſtituatur, niſi ſocio recipienti fuerit communicatum, aut alitèr intèr ipſos contrahentes ſuper eo legitimè conventum ſit: Ac prætereà ijdem contrahentes fructus, expenſas, & damna in commune conferant, & prout æquum, & iuſtum fuerit, ſibi communicent, atque dividant.

X. Notarij autem ſcienter conficientes inſtrumenta, vèl ſcripturas quaſcumque de contractibus uſurarjis, non abſolvantur, & excommunicentur.

CAPUT IV.

De Caſibus Reſervatis.

I. SAnctiſſimis Patribus, ut ait Sacrum Concilium Tridentinum *Seſſ.* 14. *cap.* 7. viſum eſt magnoperè ad Chriſtiani Populi diſciplinam pertinere, ut atrociora, quædam, & graviora crimina, non à quibuſvis, ſed à ſummis dumtaxat Sacerdotibus abſolvantur: Et quod hac de re ſummi Pontifices pro ſuprema poteſtate ſibi in univerſa Eccleſia tradita cauſas aliquas criminum graviores ſuo peculiari judicio reſervant: Neque dubitandum eſt, hoc idem Epiſcopis omnibus in una quaque Diœceſi licere prò illis in ſubditos tradita ſupra reliquos inferiores ſacerdotes autoritate, quam habent.

II. Et nos veſtigia Patrum ſequentes, ac Sacrorum Canonum, & Sacri Concilij Tridentini diſpoſitioni inhærentes pro ſupræma in noſtros ſubditos tra-

tradita ſupèr alios inferiores ſacerdotes authoritate, & ad revocandum Chriſti fideles à gravioribus , & frequentioribus ſceleribus infraſcriptos caſus cum cenſura , & ſine cenſura annexa reſpectivè noſtro dumtaxat reſervamus judicio : Nullus itaque Confeſſarius, ſivè ſæcularis , ſivè Regularis , aut Parochus ſit approbatus, vèl approbandus ab eis quemquam, mortis articulo dumtaxat excepto , ſine noſtra ſpeciali facultate abſolvat aliàs ſe incurſum noverit in pænas contentas in decretis Iuſſu Clementis PP. VIII. & Urbani PP. VIII. editis, puta excomunicationẽ, privationẽ officiorum, Beneficiorum, & dignitatum, & inhabilitatem ad audiendas Sacramentales confeſsiones , ad Prælaturas , & ad officia , & abſolutio aliàs data erit nulla. a

III. Caſus Reſervati , quibus , non eſt annexa Excommunicatio , tertio excepto .

I.

4 *Blaſphemantes Deum, vèl B.M.Virginem cum plena advertentia, etiàm ſi ſemèl id fiat: Blaſphemantes verò Sanctos, vel animas in communione Eccleſiæ Defunctorum , ſi tèr moniti ab eorum Confeſſarijs , & in diverſis Confeſſionibus , non reſipuerint .*

II.

5 *Homicidium voluntarium : Abortus , etiàm effectu, non ſequuto ; Conſilium, auxilium ad id datum : Paruulorum detentio in lecto , antè completum ætatis annum ſine repagulo .*

III.

6 *Medici ſi poſt tertiam Infirmi viſitationem, vèl niſi prius alitèr neceſſitas urſerit ab Infirmi cura, non abſtineant, Infirmus dum uſque ipſe , Pænitentiæ, non ſuſceperit Sacramentum , & addimus etiam excommunicationem latæ ſententiæ.*

IV.

7 *Non ſolventes Decimas , vèl eas occupantes , aut occupari mandantes Debitores locorum piorum ; Aut Debitorum Adminiſtratores ſi intrà menſem etiam extra judicialiter requiſiti, cenſus, & redditus, non ſolverint: Incidentesque , findentes , aut ſcindentes, vèl incidi, findi, aut ſcindi mandantes etiàm, ut vulgo dicitur* ſpeſſolare , *aut* abauzare *arbores fructiferas cum gravi præjudicio tertij .*

V.

8. *Feminę cuiuſuis ſint ſtatus , vèl gradus in cognatione , quę ſub prætextu conſuetudinis , vèl convenientiæ tempore luctus , vèl Puellæ Virgines prætextu honeſtatis diebus feſtivis de præcepto ad Eccleſias accedere, & miſſam audire negligunt :*

VI.

9 *Concubinarii , & Concubinę ſi remota occaſione ſaltèm per duos menſes*

a *apud official. Rom. Cur. cap. 2. n. 12. & ſeq:*

ſis ab hoc crimine, ſe non abſtinuerint: Peccatum nefandum inter Perſonas tam eiuſdem, quam diverſi ſexus, & in Conjugatis quoad mares tantum: Beſtialitatis peccatum.

VII.

10 *Inceſtus in primo, & ſecundo gradu conſanguinitatis, vèl affinitatis, & in primo ex actu fornicario provenientibus, & in cognatione ſpirituali, ſempèr quoad mares tantum.*

VIII.

11 *Stuprum Virginis cum violentia, aut ficta promiſſione matrimonij: Copula poſt ſponſalia, etiam ſi ſint clandeſtina, antè celebrationem matrimonij, quo ad mares tantum: Nec non eorum Parentes Conſanguinei, vèl affines, cujuſvis ſint ſexus dictam copulam, vèl ſponſorum cohabitationem, vel pernoctationem permittentes.*

Caſus Reſervati, quibus eſt annexa Excommunicatio ipſo facto.

I.

13. A*Buſus rerum Sacrarum, Sacramentalium, & Sacramentorum in ordine ad ſortilegia, maleficia, Incantationes: Necnon, & ipſa ſortilegia, maleficia, Incantationes.*

II.

14 *Qui falſum dixerint, aut depoſuerint teſtimonium, tam in cauſa civili, quam in cauſa criminali; Aut qui falſam formaverint ſcripturam, vel inſtrumentum; Vel qui iſtrumentum, aut ſcripturam falſificaverint: Et qui in prædictis, & circa prædicta ſemper cum præjudicio tertii, conſilium, auxilium, aut mandatum ſcienter præſtiterint reſpectivè.*

III

15 *Schedulas quaſcumque, ſeu libellos famoſos, infamiam irrogantes, etiam verum continentes: Aut memoralia, vel literas, quas vocant cecas, falſum continentes, Authoris tacito, aut ſubficto, vel ſuppoſito alterius nomine formãtes, ſcribentes, conſulentes, traſmittentes, circumferentes, publicantes, & ſcienter affigentes reſpective.*

IV.

16 *Domini temporales, qui directè, vel indirectè, mediatè, vel immediatè Iuvenes Deo conſecrandos, minis, ac metu incuſſis ab Eccleſiæ ineundo ſervitio retrahunt, & ſupplices ab his præſumunt ſibi offerri libellos, & dum placet, aut voce, aut ſcripto, ut Eccleſiaſticæ militiæ adſcribantur, licentiam impertiuntur, prout, & laici promovendi, vel eorum conſanguinei, ſi per ſe, vel alios licentiam ipſam impetrare audeant.*

V.

17 *Impedientes, aut impedire attentantes, ſive per ſe, ſive per alios dire-*

cte

Digitized by Google

ctè, aut indirectè officiales, aut exequutores Epiſcopales quoſcumque, ne ordinaria, aut à quolibet delegata, vel ſubdelegata juriſdictione utantur, etiam ſi id fiat authoritate privata, & ad id conſilium, auxilium, patrocinium, aut mandatum præſtantes.

VI.

18 *Imponentes intuitu, aut odio Eccleſiaſticorum, quæcumque onera graviora ſuper bonis, vel Perſonis conjunctorum in quocumque gradu; vel ea exigentes, aut exequentes, etiam ſi Eccleſiaſtici in propriis bonis, & Perſonis nullum exinde damnum patiantur.*

VII.

19 *Eccleſias, Monaſteria, aut Capellas per vim aggredientes: In eis perquiſitionem quācumque facientes: Bona quæcumque exinde extrahentes, aut talia mandantes: Nec non extrahentes proceſſus, acta, & ſcripturas quaſcumque ex Archivio, aut ex Epiſcopali curia, & ea quomodolibet occupantes.*

XX. Antè decimum quartum ætatis annum complètum, neminem in prædictis caſibus, & cenſuris reſervatis comprehendi volumus; ſed integrum ſit omnibus confeſſarijs eos à prædictis caſibus, & cenſuris abſolvere.

XXI. Omnes facultates, tum à noſtris Prędeceſſoribus, tum à Nobis, & quibuſvis Officialibus abſolvendi, à caſibus, & cenſuris reſervatis, ſivè oretenus, ſivè in ſcriptis, etiam ad tempus, non dum elapſum conceſſas, tenore præſentium revocamus.

XXII. Cæterum ſupradictis caſibus, ſivè cum cenſura, ſivè abſque cenſura, dumtaxat reſervatis, volumus omnes Confeſſarios, tùm ſaculares, tum Regulares à Nobis approbatos, ſivè approbandos, audita integra Sacramentali Confeſſione abſolvere poſſe à quibuſcumque alijs caſibus, & cenſuris, quos per Edicta, aut per Synodales conſtitutiones, vèl ex conſuetudine tantum Nobis, uti Ordinario loci, ſivè Epiſcopo Gerontinenſi, & Cariatenſi, quovis modo reſervatos noverint, quamvis ſpecialem requirerent facultatem.

XXIII. Dùm in ſollemnioribus quibuſdam anni Temporibus, vel aliàs prout Nobis in Domino videbitur expedire, concedemus facultatem abſolvendi à caſibus Nobis reſervatis, volumus, ut *conceſſio, non extendatur, unquàm ad ſecundum caſum, quo ad homicidium voluntarium, neque quo ad quartam, niſi ſatisfacta Parte*, & multo minus, *quoad ſeptimum, quoad Inceſtum in primo conſanguinitatis gradu*, conceſſa per Nos facultate abſolvendi à caſibus Nobis reſervatis, eam concedere intendimus ullo modo, *à reſervatis cum cenſura*, niſi hos etiam in ſpecie, & expreſsè ſignificaverimus.

XXIV. Prout quoque, quando Nos concedemus facultatem abſolvendi Conjuges ab ingeſtu, proveniente ab Affinitate in primo, & ſecundo gradu, volumus quoque conceſſam facultatem diſpenſandi in jure petendi debitum, alias, non poterunt confeſſarij in hoc diſpenſare, abſque hac noſtra licentia; etenim

etenim ſi alter conjux *a* Inceſtum committat cum conſanguineis alterius Cō-jugis, proptèr ſupervenientem novam affinitatem, quæ ex perfecta copula contrahitur, privatur jure, petendi debitum, & Epiſcopis dumtaxàt, non autem alijs inferioribus Sacerdotibus integrum eſt ſuper hoc impedimento petendi debitum diſpenſare.

XXV. Non intendimus tamèn in prædictis comprehendi Penitentiarios noſtros, quo ad caſus reſervatos, *homicidio voluntario, quo ad ſecundum, & quarto, niſi ſatisfacta parte, dum taxàt excepto*, & quoad alios caſus reſervatos, *etiàm quoad primum cum cenſurà, dummodò, non adſit abuſus Sacramentorum, vel ſortilegia, Incantationes, aut maleficia, non fuerint cum expreſſa Demonis invocatione, integrum paritèr ipſis ſit abſolvere à prædictis caſibus*, ut prefertur diſtinctis: Declarantes dictos noſtros Pænitentiarios, non poſſe, prout ipſis interdicimus *b* alijs Confeſſarijs abſolvendi facultatem à prædictis caſibus concedere, nec eos etiàm ad unum tantum reſervatum, ſivè ad nudum miniſterium ſubdelegare.

TITVLVS IX.

CAPVT I.

De Foro Epiſcopali.

V B I

De Iudicijs.

I. Vicarius noſter Generalis, qui in adjutorium noſtrum aſſumitur, præcæteris totis viribus curet partium calumnias à judicijs revocare, & litium ambagibus rejectis, invigilet, ut veritas, quo melius poterit abſque tot ſubditorum diſpendijs eluceat; Et in cauſis decimarum, mercedum, & miſerabilium Perſonarum, alimentorum, affictuum, & cenſuum, qui à cauſis beneficiorum dependent, Piorum locorum, & præſertim legatis Pijs, & funeribus, quæ in noſtro Tribunali agitari contingerit ſimplicitèr, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicij, inſpecta ſola facti veritate, procedat.

II Diebus feriatis ſileat curia noſtra; Et eos tantum feriatos dies ſervandos eſſe decernimus, qui ex Calendario Romano, & per Nos ſecundum laudabilem conſuetudinem fuerunt ſupra indicti, *titul. 4. cap. 3. num. 9.*; Ut nèc etiàm conſentientibus Partibus in ipſis procedatur ſub pæna nullitatis acto-ris

a *Cap. 1. cap. tranſmiſſæ. cap. tuæ fraternitatis. de eo, qui cognovit cap. ſi quis viduam cum ſeq. q. 3. q. 7.* b *S.C.C. 17. Iun. 1597. & in Conſentina. 2. Maij 1648. Rot. in Neap. Pænitentiariæ. 5. Iun. 1637. coram Merlino.*

ris dumtaxat cauſis exceptis, quæ à Sacris Canonibus diebus feſtis actitari permittuntur: Et omnes alios dies feriatos, ſi qui de ſtylo, ſivè de conſuetudine introducti reperiantur, abrogamus, ut cauſæ ipſe celeriùs expediantur.

III. In perquirendis ſcandalis, & ralaxationis vitæ peccatis ſeduló invigilet Vicarius noſter generalis, & ubi opus erit, Nos conſulat, ut infectis ovibus opportunè providere, & aliàs à contagione liberare valeamus: Paſſim examinet facultates tuas, & nunquàm eas excedat, & ſi ſecùs totùm id inane, & nullum declaramus, quod aliàs attentare auſus fuerit.

IV. Quæ ſaluberrimè ſancita ſunt in conſtitutionibus ſummorum Pontificum Pij PP. IV. quæ incipit. *licèt*; & Sancti Pij V., quæ incipit. *licet alias*. contrà Delinquentes in contumaciam, quo ad delictorum penam, & privationem beneficiorum: Nec non, & Barbariram, *a* quam vocant conſtitutionem, *ſub datum Romæ 25. Maij* 1641. quo ad terminos contumaciales ſervandos in cauſis criminalibus amplectimur, & in foro noſtro reſpectivè ſervari volumus, & mandamus.

V. Cum ſatis, ſuperque experti ſimus, quantum conferat ad publicam quietem, & quam æquum ſit, quod creditoribus concedatur aſſiſtentia, quam vocant in noſtro Regno intra triginta annos adverſus quos cumque tertics poſſeſſores, in quos res obligata alienata fuit: eam propterea in Noſtro foro ſeclufis quibuſcumque ambacibus, & ſine bonorum principalis diſcuſſione eidem præſtari mandamus ad terminos notæ *Pragmat. Ferdinandi I. de aſſiſtent.*, & prout hactenùs in eo ſervatum fuit, ut ex *Diœc. Synod. de anno* 1705. *hoc eod. tit. decr.* 3.

VI. Antiquum ſtylum, & conſuetudinem noſtræ Curiç, ad legitimè & rectè ferendam excommunicationem, vel ad eam à jure, aut ab homine ipſo facto impoſitam, declarandam, quando reus perſonalitèr haberi non poteſt, per Synodalem conſtitutionem Prædeceſſorum noſtrorum comprobatum, ut bis domi ſuæ conſuetæ habitationis ille citetur, dimiſſa ipſius citationis, vel Monitorii copia; aut ſi citandus exterus ſit, vel conſtiterit ad perſonalitèr, vel domi ipſum citandum, non eſſe tutum acceſſum, eadem citatio, vel monitorium ad valvas noſtræ Cathedralis affigatur, hac noſtra Synodali conſtitutione in ſuo robore permanere decernimus.

VII. Appellationibus, quibus non ſit deferendum, non deferat Curia noſtra, prout eis, quibus deferri neceſſum ſit incunctantèr deferat, ſivè in devolutivo tantùm, ſivè indevolutivo, & ſuſpenſivo ſimùl ad formam ſacrorum Canonum, & Conſtitutionum Apoſtolicarum: Et advertat ad inhibitiones, quas admittere, quaſque reicere debeat, & quo modo admitti, quoue rejici debeant, ne per earum indebitam admiſſionem, aut rejectionem

---

a *Apud Pellegr. in prax. Vicarior. part. 4. ſect. 18 ſub num. 33. per extenſ. cum ſuis formul.*

nem, partibus præjudicium aliquod inferatur, & juſtitia, ſuum, non ſortiatur effectum: Et ad id evitandum intèr alia ſæpè perlegat decreta Clementis, & Vrbani utriuſque PP. VIII. circa appellationes, necnon declarationes, & additiones hac de re ultimò factas per SS. D. Noſtrum, de quibus in appendice hujus noſtræ Synodi.

VIII. Quoties Clerici habitum clericalem dimittere, & clericatui renunciare intendunt; Vicarius noſter generalis hanc dimiſſionem, & renunciationem, non admittat; niſi prævio juramento per illos præſtito de eodem habitu, non reaſſumendo abſque noſtra licentia; prout quoque Clerici, qui dimiſſo habitu clericali nuptias contrahunt, viventibus, aut mortuis uxoribus, habitum clericalem reaſſumere nullatenus audeant, niſi cauſa à Nobis cognita, & conſtito, quod unicas, & virgines, eas duxerint, nec de aliquo laicali munere rationem ſint reddituri, ac interpoſito ſolito decreto noſtræ Curiæ Epiſcopalis.

IX. Promotor fiſcalis, vel Magiſter actorum noſtræ Curiæ recipiant literas, decreta, citationes, mandata, inhibitiones, quæ partibus inſtantibus, ad Nos, vel ad noſtram Curiam, *Sacræ Congregationes de Vrbe, Cameræ Auditoris Tribunal*, *vel Iudices Metropolitani* dirigunt plena, qua decet reverentia, & volumus, quod ita habeantur, ac ſi Nobis, & Curiæ noſtræ exhibita, & præſentata fuiſſent: quod ſi hoc non obſtante, ea quis Nobis adhuc præſentare voluerit, noverit; quod nullum contra Nos, & noſtram Curiam in dictis Tribunalibus ſortietur effectum ad terminos conſtitutionis hac de re per Sanctiſſimum D. N. *Benedictum PP. XIII.* æditæ ad occurrendum audaciæ aliquorum, qui modis paſſim inofficioſis, querulis, ac petulantibus vocibus, Notariis, & teſtibus tumultuosè ſtipati, Epiſcopos ſæpè per vias, ſæpiſſime in Eccleſia, divinis incumbentes adeunt, ubi omni erga Dei miniſtros ratione neglecta irreverentèr eis citationes ipſas, literas, & decreta exhibent, temerèque etiam, ut quàm citiſſimè reſpondeatur, expoſtulant.

X. Totis viribus incumbat Vicarius noſter generalis, ut fiat Inventarium authenticum omnium, & quorumcumque proceſſuum, tam civilium, quam criminalium, & ſcripturarum quarumcumque, actorum SS. Viſitationum, regiſtrorum, & ſimilium, tam ad Epiſcopalem Menſam, quam ad Diœceſis, etiam univerſas pertinentium, & reponantur omnes ſcripturæ prædictæ, & Proceſsus, Regiſtra, & acta SS. Viſitationum ſuo ordine In noſtro Archivio, quod ut perpetuò integrum cuſtodiatur, remota quacumque fraude ſervari volumus, & mandamus totum id, quod hac de re ultimò ſtatutum fuit per Sanctiſſimum D. N. Benedictum PP. XIII. ſequenti ſua Conſtitutione.

XI. *Cumque Epiſcopi ex hac vita ſe migrare proſpexerint, Inventarium ipſum eorum ſigillo obſignatum, fideli Sacerdoti, cui morte impenden-*

denti, peccata confitebuntur, committant, ut illicò, poſtquam obierint, illud Prælato dignioris conventus ſuæ Civitatis conſignet, tutè, & fideliter cuſtodiendum, ſucceſſor donec Epiſcopus advenerit, cui clauſum item, & integrum præſentet: quod, & ipſimet Epiſcopi per ſe implere, non omittant, ſi quando longiùs è Diœceſi neceſſe habuerint peregrè proficiſci. Caſu autem eveniente, quo Epiſcopus è vivis inopinatè deficiat; tunc per Capitulum, in juribus ſuccedens Epiſcopalibus, una cum Vicario Generali defuncti Epiſcopi, confeſtim, & ſi fieri poterit, antequàm ad Vicarii Capitularis electionem deveniatur, Archivium Epiſcopale prædictum viſitetur, novumque inventarium conficiatur cum eo conferendum, quod penès Epiſcopum, dùm vivebat, aſſervabatur, ſi inter aliàs illius ſcripturas acciderit inveniri.

XII. Et ultrà pœnam excommunicationis latæ ſententiæ impoſitam contrà extrahentes proceſſus, acta, & ſcripturas quaſcumque ex Archivio, aut ex noſtra Epiſcopali Curia, & ea quomodolibet occupantes, ut ſuprà *tit. præcedenti cap. 4. de caſib. reſervat. caſ. 7. num.* 19. Volumus, ut, & iidem ſubjaceant pœnis conſtitutis per prælibatum SS. Dominum noſtrum *Benedictum PP. XIII.* contrà prædictos in ſua ſpeciali Conſtitutione, quam hic de verbo ad verbum tranſcribi curavimus, prout ſequitur.

XIII. Quicumque tandèm Proceſſus, ſcripturas, & documenta hujuſmodi violaverit, ſubtraxerit, combuſſerit, ſupprexerit, ſeù ſimilia fieri mandaverit, aut auxilium, conſilium, vel favorem præſliterit, omni ſit Dignitate, officio, & beneficio privatus, & ad futura obtinenda inhabilis eo ipſo.

XIV. Actorum Magiſter, ſivè Curiæ Notarius Proceſſus expediendos cauſarum, vel ſcripturas ad eandem Curiam ſpectantes penès ſe in Cancellaria Epiſcopali, & non extrà eam retineat, & nunquam Partibus litigantibus, ſed earum Procuratoribus tantum de licentia Vicarii noſtri generalis tradat, & tunc ab illis proprio charactere eoſdem proceſſus, vel ſcripturas cum adnotatione foliorum, nullo vitio affectorum, quibus conſtet receptos fuiſſe deſcribi curet in libro ad hunc effectum retento, & ut debito tempore reſtituantur diligentèr invigilet; nec cuipiam proceſſus, & ſcriptura quæcumque, niſi de ſua manu, & ſe ſpectante legenda, exhibeat.

XV. In foro noſtro ſervetur Taxa Innocentiana; & quoad mercedes, & emolumenta in ea, non taxata, ſervetur taxa antiqua, & in præcedenti Synodo approbata, & ultimò per Nos moderata in appendice, ad hanc noſtram Synodum apponenda, & pro communi omnium notitia, volumus, ut ea affixa ſemper retineatur in noſtra Cancellaria.

CA-

CAPUT II.

De Vicarijs Foraneis.

I. Vicarij foranei, qui in locis, ubi Nos, non ſumus præſentes, conſtitui ſolent, ad hoc, ut eorum miniſterio præſto ſimus indigentijs ſubditorum noſtrorum, quemadmodum ratione officji, ad quod aſſumuntur, cæteris gradu præcellere noſcuntur, ſic doctrina, pietate, prudentia, vitæ exemplo, & morum gravitate eiſdem præfulgeant, & diligentèr inquirant, de Clericorum, & laicorum vita, ac moribus, ac quomodo Eccleſiaſtici ſe gerant, & præſertim Parochi, & animarum Curatores, in paſtorali munere & in lanternis ſcrutentur ad Nos fidelitèr delaturi, num Clerus, & Populus, ut decet vivant, num proprius in Eccleſijs cultus adhibeatur, num ſuppellex Sacra debito nitore conſervetur; & Synodalium, ac Sanctarum Viſitationum decreta, ſuæ ſint excquutioni mandata.

II. Et ſi quem Parochorum, Sacerdotum, Clericorum, aut quorumcumque noſtræ authoritati ſubjectorum, aliquo vitio irretitum, vel ab Eccleſiaſtica diſciplina recedentem noverint, paternè moneant, quod ſi monita, non proſint ad Nos deferant.

III. Non permittant queſtuari ſine noſtra licentia in ſcriptis, nec miſſ. s celebrari à quovis Sacerdote extero etiàm Regulari, niſi prout ſuprà ſtatuimus *titul. 3. cap.2.de Sacroſanct.miſſæ Sacrificio num. 9.*: Feſtorum dierum obſervantiam ab operibus ſervilibus vindicabunt, licentiam ſolummodò in caſibus neceſsitatis concedentes: Invigilent paritèr, nè ſimùl verſentur Sponſi ante contractum Sanctum matrimonium in faciem Eccleſiæ, & omnem ad hibeant diligentiam ad extirpandum hunc abuſum eoſdem converſandi intèr ſe priuſquàm contrahant matrimonium in faciem Eccleſiæ, undè tot ſcandala procedunt, ut ſuo loco diximus.

IV. In criminalibus informativos proceſſus tantum modo conficiant, & fidelitèr confectos ad noſtrum Vicarium Generalem tranſmittant: & caveant, ne cum Reis ſe componant, eorumque exceſſus ſilentio involuant, & nullo mòdo ſe ingerant in cognitione cauſarum excedentium facultates ipſis conceſſas.

V. Permittimus autèm noſtris Vicarijs, & locorum Officialibus indulgere cum Parochis, ut poſſint abeſſe ab eorum Parochijs de eorum permiſſu per decem dies, ſervata in alijs diſpoſitione, prout ſuprà *Titul. 5. capitul. 6. n.4.* Sancitum fuit.

CAPUT III.

De Iudicibus Synodalibus.

I. Sacroſancta Trid. Synod. *ſeſſ. 25. de ref. c. 10. Boniſac.* PP. VIII. conſtitutioni, quæ incipit *ſlatutum* inhærendo, mandat, ut in Concilijs Diœ-

Digitized by Google

ceſanis aliquot Perſonæ, quæ qualitates juxta dictam, aliorumque ſummorum Pontificum Conſtitutiones habeant, deſignentur: Qua proptèr infraſcriptos pro utrâque noſtra Diœceſi, ad prædictarum Sanctionum tenorem, uſque ad aliam futuram Synodum, & Nos nominamus, & Vobis proponimus.

II. Iudices Synodales.

Reverendiſſimus Dominus Carolus Abbas Galli Vic. noſter Generalis V. J. D. ac Sac. Theologiæ Profeſſor.

D. Cataldus Venneri Archidiaconus Cariatenſis Abb. Sancti Blaſij V. J. D., & Prot. Apoſt.

D. Franciſcus Verticilli Archipresbyter Cariatenſis Abb. S. Georgij de Corintis cum cura animarum V. J. D. Sac. Theol. Prof.

D. Auguſtinus Maſcambruno Cantor Cariatenſis cum cura animarum V. J. D. Sac. Theologiæ Profeſſor.

D. Andreas Abb. Federici Theſaurarius Cariatenſi cum cura animarum V. J. D.

D. Nicolaus Curto Canonicus Theologus Cariatenſis cum cura animarum V. J., ac Sac. Theologiæ Doctor.

Et Reſponderunt omnes: *Placent*.

CAPVT VI.

De Examinatoribus Synodalibus.

I. Mandat inſupèr eadem Sacroſancta Tridentina Synodus *ſeſſ.* 24. *de refor. cap.* 18. §. *Examinatores autem*, ut ab Epiſcopis in Synodis Diœceſanis proponantur, & ab eiſdem probentur aliquæ Perſonæ, quæ Examinatorum officio fungantur. Nos igitùr infraſcriptos pro utraq; noſtra Diœceſi similitèr nominamus, & Vobis proponimus.

II Examinatores Synodales.

Reverendiſſimus Dominus Carolus Abb. Galli Vic. noſter Generalis V. J. D. ac Sac. Theologiæ Profeſſor.

D. Archangelus Oliverius Decanus Gerontinus, & Parochus.

D. Cathaldus Venneri Archidiaconus Cariatenſis Abb. S. Blaſij V. J. D. & Prot. Apoſtolicus.

D. Iulius Campana Decanus Cariatenſis.

D. Franciſcus Maſcaro Archid. Gerontinus.

D. Franciſcus Verticilli Archip., & Parochus Cariatenſis Ab. S. Georgij de Corintis V. J. D. Sac. Theol. Profeſſor.

D. Michael Angelus Caligiuri Cantor, & Parochus Gerontinus.

D. Auguſtinus Maſcambruno Cantor, & Parochus Cariatenſis V. J. D. & Sac. Theol. Profeſſor.

D.

D.Dominicus Scerra Theſaurarius Penitent.& Paroch. Geront. V.I. Profeſſor.

D. Andreas Ab.Federici Theſaurarius,& Parochus Cariatenſis V.I.D.

D.Andreas Biſignani Canonicus Parochus, & *Pænitentiarius Cariatenſis.*

D.Franciſcus Guaraſci Canonicus Gerontinus.

D. Cataldus Natale *Canonicus Cariatenſis.*

D.Antonius Ab.Camalda Canonicus Gerontinus, & Parochus.

D. Auguſtinus Pignola Canonicus Cariatenſis, & Parochus.

D.Antonius Ab.*Pelaſio Canonicus* Penitentiarius *metropolitanæ Eccl. Roſſanenſis,* jam *noſter Vicarius generalis V.I.D., ac Sac.Theolog.*Profeſſor.

D.Dominicus Patritio, *jam Canonicus Cariat.V.I.D.*

D.Dominicus Ab. le Roſe Parochus *oppidi de Caccurio.*

D.Thomas Ab.Marullo Archipreſbyter de oppido Scalæ.

D.Hyacinthus Scavelli Archipreſbyter Terræ veteris.

D.Joannes Baptiſta Mazzaccara Canonicus inſignis Eccleſiæ Collegiatæ de Cropano.

D. Ioannes Ab.Ventapane Sacræ Theologiæ Magiſter Miſſionarius Apoſtolicus.

D. Dominicus Abb.* Police S.*Tgeol.*P.*Miſſionarius Apoſtolicus.

III Ex Regularibus.

P. *Fr.Bonaventura Meliſſa Lector, & Concionator Generalis Ex Provincialis Ordinis Minorum S.Franciſci de Obſervantia.*

P.*Fr.Theophilus à Morano lector Iubilatus Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia Theologus noſter.*

P.*Fr.Dominicus à Rendis Baccalaureus Ordinis Prædicatorum Theologus noſter.*

*P.Fr. Dominicus Tavano Lect.Ord.*P*ræd.et Prior Conuentus Caccurij Prædicator Generalis.*

P.Fr.Paulus à Caſanova Lector Ordinis Prædicatorum Vicarius Conventus Verzini.

Et Reſponderunt omnes. *Placent.*

CAPVT V.

De Teſtibus Synodalibus.

I. IUre cautum eſt, ut *Can. ſi Epiſcopi in Synodo* 35. *q.* 6. ut in Synodo Diœceſana aliquot Viri ſeligantur, qui animadvertant diligentèr, an aliquid in Civitate, aut Diœceſi corrigi debeat, atque ſi quid tale cognoverint Epiſcopis, rogati fideliter deferant: huic ergo muneri pro Civita-

vitatibus, & Diœceſibus noſtris eligimus omnes Officiales noſtros, qui privatim in manibus noſtris conſuetum jusjurandum in noſtro Epiſcopio præſtabunt.

CAPVT VI.

De Miſſarum Reductione.

I. QUoniam per Sacr. Congregationem Concilij vigore litterarum Nobis directarum, ſub datum *Romæ 9. Februarij currentis anni* 1726. datur pariter, & Nobis facultas moderandi miſſarum onera, attenta deterioratione bonorum pro eiſdem oneribus adimplendis, relictorum; Hac de re noſtrum Vicarium generalem eligimus, qui prout opus erit una Nobiſcum numerum prædictarum miſſarum ad rationem miſſæ manualis, reducat *cum clauſula tamèn, quod in caſu augmenti redituum, augeri quoque debeat onus miſſarum*, quod in actu præſertim Sanctæ Viſitationis Nos inſpiciemus ad formam *inſtructionis ejuſdem Sacr. Congregationis*.

CAPUT VII. ET ULTIMUM.

De Conſtitutionibus Synodalibus.

I. INformandis, quas, ad Catholicam fidem, ſarctam tectam ſervandam, ad divini cultus incrementum, ad Eccleſiaſticam in Clero diſciplinam ſtabiliendam, & ad fidelium, noſtræ Paſtorali curæ concreditorum, ſpiritualem utilitatem, præmittimus, Synodalibus ſanctionibus, nihil certè noſtro ingenio, genio, aut voluntati indulſimus, ſed, ut plurimum, quæ ſtatuimus, vel monuimus decerpta ſunt ex decretis, ordinationibus, edictis, & præceptis, ac legibus, & alijs conſtitutionibus Synodalibus noſtrorum Anteceſſorum, aut per Nos, ex quo hanc noſtram ſuſcepimus paſtoralem curam in noſtris Viſitationibus, & dum ſingulas pluries quaſque inviſimus Eccleſias, loca, & Perſonas utriuſque Diœceſis, & alias prout iuxtà opportunitatem Spiritus Sancti illuſtratione Nobis in Domino viſum fuit, emanatis, vel à Sacris Canonibus, Apoſtolicis conſtitutionibus, Concilijs generalibus præſertim Tridentino, Sacrarum Congregationum decretis, & ex Rituali Romano, quibus etiam anteà quiſque vinctus tenebatur, & tantummodò per diligentiam, & authoritatem noſtram ea in unum propoſuimus, & cujuſque uſu digeſſimus, & accommodavimus.

II. Noſtrum ergo, ut potuimus, accuravimus, penſum, Dei gloria, Nobis ſemper, Gregiſque noſtri, ob oculos, utilitate dumtaxat propoſita, cujus rei Deum, per quem legum conditores juſta decernunt, Teſtem adducimus, qui cordium noſtrorum in lucernis ſcrutatur latebras; Erunt itaque

& vi-

& viciſſim noſtrorum filiorum partes, quę, ipſis amantiſſimus, ac ſollicitus Pater profutura tradit, alacri animo, obviiſque ulnis excipere, & omni conatu contendere, ut eadem operi ſic demandent, ut non ſibi ſolum eas leges decretas putent, ad quas ſtudioſius, ac anteà componant vitam, & forment mores, verum, ut et aliis etiam exemplo ſuo, eſſe poſsint adjumento.

III. At ſi quis erit, cui nonnulla ex j's, quæ à Nobis propoſita ſunt ſervata difficilia, vel in amena videantur, expendatis per ſe ſe, aut ab j's, qui ſolidè ſapiunt, et ut laudabilis vitæ ſtudio tenentur ſincerè pronunciant, exquirat obſecro, quodnam ſit ſuũ munus in j's excipiendis, quæ ipſius Ieſu Chriſti nomine proponuntur, qui olim dixit, qui vos audit, me audit, et quam exacta Deo à Nobis reddenda ſit ratio, expendat, ſi neglexerimus noſtro fungi officio in eis tradendis, quæ ſalutaria gregi noſtro eſſent futura.

IV. Et tunc certè demùm lamentationis ratio omnis ceſsabit, quin, et Nobis, qui Chriſto Authore illamet præſcripſimus, ſi ſeriò, ſi ſapientèr, ſi ex ſua utilitate agere velit, gratias aget, & noſtram laudabit curam, noſtrum ſtudium, amoremque amplexabitur, noſtrum.

V. Quæ enim præcipimus Chriſti Jeſu ſupremi Paſtoris, ac judicis nomine præcipimus. Audient propterea hæc, ut Nobis perſuademus noſtræ oves omnes, capitulares præſertim, Parochi, & Eccleſiaſtici cujusvis ſint ſtatus, gradus, & conditionis, & libentèr audient, ne illud invitè alias audiant: Maledicti qui declinant à mandatis tuis, quod Deus per infinitam ſuam miſericordiam, non permittat.

VI. Curent propterea omnes, ad quos pertinet, quæ præſentibus conſtitutionibus Synodalibus determinata ſunt virtutis amore fidelitèr ſervare, ut pœnarum exequutioni nullus relinquatur locus.

VII. Liberum tamen Nobis decernimus prædictas conſtitutiones, ubi opus ſit mutare, corrigere, imò ſi pro temporum ratione neceſſarium fuerit, ſuper eis cum ſubditis noſtris diſpenſare, atque tandem illis addere, quæ in Domino Nobis addenda videbuntur: & ſi quid, vel declarandum, vel interpretandum in earundem Sanctionum obſervantia contigerit, id Nobis, & ſucceſſoribus noſtris reſervamus.

VIII. Volumus autem nullo unquam tempore, & ex quacumque, etiam longa deſuetudine, vel aliter quomodocumque cenſeri eas Synodales conſtitutiones abrogatas; Et moderandi, atque eis ſinè nova Synodi coactione derogandi jus, quoties pro rerum, & temporum varietate merito derogandum videbitur, ſemper tamen cum expreſſa omninò, & ſpeciali, immò individuali hujuſmodi derogationis mentione Nobis, & ſucceſſoribus noſtris dumtaxat, non autem Vicariis generalibus facultatem reſervamus, niſi expreſsè id ipſis fuerit conceſſum.

IX. Conſtitutiones Synodales verò Prædeceſſorum noſtrorum, aliaque

de-

Digitized by Google

decreta, & ſtabilimenta, tum eorum, tum noſtrorum, quatenùs præſentibus adverſantur ad harum terminos hæc noſtra Diœceſana Synodus reducit partibus, in quibus adverſantur; in iis tamen, quæ eiſdem minimè adverſantur, illas non revocamus, ſed potiùs præſentibus confirmamus, & pari modo inviolabilitèr obſervari mandamus.

X. Declarantes cùm in prævaricatione harum conſtitutionum alicubi nulla pœna reperiatur appoſita contrà tranſgreſſores, pœnis à Sacris Canonibus, & à Summorum Pontificum conſtitutionibus, Decretis, & aliis arbitrio noſtro, eſſe Nos pro delictorum, & perſonarum qualitate animadverſuros.

XI. Mandamus tandem omnibus, & ſingulis Dilectis Nobis in Chriſto Canonicis, aliiſque de Capitulo utriuſque noſtræ Cathedralis, ac Archipræsbyteris, Parochis, Abbatibus, Confeſsariis, Sacerdotibus omnibus, in ſacris Ordinibus conſtitutis, & in aliis quoque minoribus, aliiſque omnibus ad quos pertinet, ut ſinguli, codicem hunc Synodalium ordinationum noſtrarum, cum adjunctis appendicibus, quem propè diem imprimendum curabimus habeant, & crebrò illas perlegant; ut à vetitis ſe abſtineant, & præcepta religiosè exequantur: quodque perficere, non graventur Regularium ſuperiores pro ſuis muneribus ritè obeundis, in quibus præſentes Synodales ſanctiones ipſos reſpiciunt.

XII. Volumus autem, ut hunc conſtitutionum Synodalium codicem in ſcholis, præſertim in noſtro Apoſtolico Seminario, junioribus explicandum tradant, ad hoc, ut harum ſanctionum lacte enutriti à primis annis vitam chriſtianam ſibi inſtituant, & in lege Domini erudiantur, præſertim quæ ipſorum cujuſque ſtatum reſpicere contigerint; Prout quoque conferentiarum caſuum conſcientiæ Præfecti, primis temporibus, ac codex prædictus fuerit Typis impreſſus in eiſdem conferentiis eaſdem conſtitutiones paulatim, & à primo ad finem earum uſque ad omnium captum explanare, non graventur.

XIII. Et ultimò per quam enixè monemus, atque in Domino adhortamur Vicarium noſtrum Generalem, à cujus ſollicitudine, officio, & authoritate harum Synodalium ſanctionum totalis pendet fidelis exequutio, ut nullo ſtudio pretermiſſo, earum obſervantiam diligentèr, & ſedulò curet.

XIV. Quas quidem noſtras Synodales conſtitutiones, pro ea, quam erga ſanctam Romanam Eccleſiam, quæ eſt Columna, & veritatis firmamentum, atque aliarum Eccleſiarum mater, & magiſtra profitemur, ſubmiſſione, ſuo judcio, & authoritati reverentèr, & humillimè ſubjicimus, ut ſi eas mutare, corrigere, aut emendare voluerit, immutentur, corrigantur, & emendentur, aut ſi dignabitur, fulciantur: & ita lectæ, & publicatæ omnes afficiant, etiam abſentes, et ſe habeant, ac ſi cuilibet de Perſona fuiſſent legitimè notificatæ, et intimatæ poſt duos menſes ab hodie præcisè, & peremptoriè.

Quid

Qid igitur licèt ad id non teneamur: a Placent ne vobis?

Reſponderunt omnes: Placent, placent.

J*oannes Andreas Epiſcopus Gerontinus, & Cariaten, ſivè Epiſcopus Cariaten, & Geruntinen ſubſcripſi, confirmo, & approbo, ac ita decerno.*

Ego D. Archangelus Oliverius Canonicus Decanus Geruntinus ſubſcripſi.

Ego Abbas D. Cataldus Venneri V. I. D. Archidiaconus Cariatenſis ſubſcripſi.

Ego D. Iulius Campana Malatacca Decanus Cariatenſis ſubſcripſi.

Ego D. Franciſcus Abbas Verticilli V. I. D. Archipresbyter Cariaten. ſubſcripſi.

Ego D. Michael Angelus Caligiuri Cantor, & Parochus Geruntinenſis ſubſcripſi.

Ego V. I. D. Auguſtinus Maſcambruno Cantor, & Parochus Cariatenſis ſubſcripſi.

Ego D, Dominicus Scerra Theſaurarius, & Pœnitentiarius, ac Parochus Geruntinenſis ſubſcripſi.

Ego V. I. D. D. Andreas Abbas Federici Theſaurarius, & Parochus Cariaten ſubſcripſi.

Ego D. Andreas Biſignani Canonicus Pœnitentiarius, & Parochus Cariaten, ſubſcripſi.

Ego V. I. ac Sac. Theologiæ Doctor D. Nicolaus Curto Canonicus Theol. & Parochus Cariaten. ſubſcripſi.

Ego D. Donatus Quattromani Canonicus Geruntinen. ſubſcripſi.

Ego D. Franciſcus Guaraſci Canonicus Geruntin. ſubſcripſi.

Ego Abbas D. Antonius Canonicus Iaquinta Cariaten. ſubſcripſi.

Ego D. Cataldus Natale Canonicus Præfectus Cariati ſubſcripſi.

Ego Canonicus D. Franciſcus Maſcambruno Cariaten. ſubſcripſi.

Ego D. Dominicus Canonicus Arietta Geruntinen. ſubſcripſi.

Ego D. Auguſtinus Pignola Canonicus Parochus ſubſcripſi.

Ego D. Bernardinus Federici Canonicus Parochus ſubſcripſi.

Ego D. Bernardinus Federici Canonicus Parochus ſubſcripſi.

Ego D. Dominicus Canonicus Monizza Parochus Cariaten. ſubſcripſi.

Ego D. Antonius Abbas Canonicus Camalda Gerunt. ſubſcripſi.

Ego D. Franciſcus Canonicus Puglieſe Geruntinus ſubſcripſi.

Ego D. Cæſar Canonicus Abbas Chiriaci Cariaten. ſubſcripſi.

Ego D. Franciſcus Abbas Franco ſubſcripſi *uti Procurator R. D. Franciſci Maſcaro Archidiaconi Geruntinenſis.*

a *S.C.C. in Veneta 26 April. 1592. in Oriolen. 27. Mart. 1632. ad 14. & 15. in Fulginaten. 26. Febr 1639.*

Ego D. Dominicus Abbas de Roſe Parochus Caccurii ſubſcripſi.
Ego Abbas D. Thomas Marullo Archipresbyter Scalæ ſubſcripſi.
Ego D. Carminus Tornicchia Archipræsbyter Verzini ſubſcripſi.
Ego D.Donatus Diacono Archipræsbyter Terræ S.Maurelli ſubſcripſi
Ego D.Hyacinthus Scavelli Archipræsbyter Terræ Veteris ſubſcripſi.
Ego D. Joannes Baptiſta Dilectus Archipræsbyter Montis Spinelli ſubſcripſi.

Ego Diaconus Ioannes Franciſcus Pagliaro uti *Procurator* R.D.*Ioannis Petri Scavelli Archipræsbyteri Terræ Caccurii*.

Ego D. Dominicus Romeo *Procurator* R. D. *Petri Pauli Romeo Archipræsbyteri Belvederii* ſubſcripſi.

Ego D. Cajetanus Chriſtianus Æconomus Sabellorum, & Vicarius Foraneus, necnon *Procurator Reverendi* D. *Caroli Caligiuri Archipræsbyteri* ibidem ſubſcripſi.

Ego D.Dominicus Turrithio, Æconomus, & Vic. Foraneus Terræ Verzini ſubſcripſi.

Ego Pater Baccalaureus Fr.Dominicus Scola de Sanctis à Rendis Ordinis Prædicatorum Theologus Ordinarius, & Examin.tàm in Synodo præterita, quàm in præſenti ſubſcripſi.

In quorum fidem &c.

Ita eſt Ego D.*Andreas Biſignani Canonicus Pœnitentiarius Cariaten. Synodi Secret.*

Ita eſt Ego D. *Franciſcus Guaraſci Canonicus Geruntinen. Synodi Secretarius.*

Rogitus Actorum.

In Dei nomine Amen. Præſenti publico Inſtrumento cunctis pateat, evidenter, & notum ſit, qualiter anno à Nativitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti 1726. Indictione &c.Die verò decima ſeptima menſis Martii Dominica ſecunda Sacratiſſimæ Quadrageſimæ, Pontificatus autem Sanctiſs. in Chriſto Patris, & Domini Noſtri D. Benedicti Divina providentia Papæ XIII. anno ſecundo feliciter.

In Civitate Cariati, & propriè in Cathedrali Eccleſia ſub Titulo Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, Præſidente Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino D. Ioanne Andrea Tria Equite Ordinis Sancti Iacobi Dei, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ gratia Epiſcopo Cariatenſi, & Geruntinenſi, ſeù Geruntinen., & Cariaten. ac præſente utroque Reverendiſſimo Capitulo, Canonicis, & Dignitatibus utriuſque Eccleſiæ Cathedralis excepto R. D. Franciſco Maſcaro, Archidiacono Geruntinenſi prò quo comparuit Diaconus Franciſcus Abbas Franchi cum ſuo mandato Procuræ, uti infirmo, & R. D. Dominico Pergolo Canonico Geruntinenſi, qui de ordine Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini &c. remanſit prò ſervitio Eccleſiæ, & habitatione loci dicti *del Caſino*, pertinentiarum Civitatis Geruntiæ;

præ-

Præſentibus etiam omnibus RR. Archipræsbyteris, & Parochis utriuſque Diœceſis, excepto *R. D.* Joanne Petro Scavelli Archipræsbytero Caccurii, pro quo octuagenario ferè, & infirmo, comparuit Diaconus, Ioannes Frãciſcus Pagliaro de Caccurio cum maudato procuræ: R. D. Petro Paolo Romeo Archipræsbytero Belvederii, pro quo infirmo comparuit D. Dominicus Romeo cum mandato procuræ, & R. D. Carolo Caligurio Archipræsbytero Sabellorum, pro quo infirmo, & ferè octuagenario comparuit cum mandato procuræ R. D. Cajetanus Chriſtiano Æconomus, & Vic. Foraneus Sabellorum, *ac præſentibus etiam omnibus Æconomis, & Vicariis Foraneis, totoque R. Clero, & etiam Clericis in minoribus utriuſque Diœceſis, paucis dumtaxat exceptis, remanſis pro ſervitio Eccleſiarum reſpectivè de ordine expreſſo ejuſdem Illuſtriſſimi, & Reverendiſſ. Domini &c. necnon R.P. Bonaventura à Caſtrovillari Vicario Venerabilis Conventus Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia Civitatis prædictæ Cariatenſis, R. P. Lectore Fr. Dominico Tavano Priore Venerabilis Conventus Ordinis Prædicatorum Caccurii, Prædicatore generali &c. R. P. Lectore Fr. Paulo à Caſanova Vicario Venerabilis Conventus Verzini ejuſdem Ordinis Prędicatorum, R. P. F. Franciſco Maria Guarani Priore Venerabilis Conventus Ordinis Carmelitanorum primi inſtituti Terræ Scalæ.*

Omnibus prædictis ibidem ad Synodum Diœceſanam pro utraque Cathedrali, & Diœceſi Gerontinenſi, & Cariatenſi per Edictum reſpectivè vocatis, & legitimè congregatis poſt miſſam Pontificalem de Spiritu Sancto, poſt proceſſionem, & ſermonem ab eodem Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino habitum, *omnia, & ſingula in actis ſupradictis, atque antè Synodalia decreta inſertis redacta, & fidelitèr enarrata, geſta, atque peracta fuerunt*; Necnon per Admodum R. D. Andream, Biſignani Canonicum Pœnitentiarium, & Parochum ejuſdem Cathedralis Eccleſiæ Cariatenſis, & per Admodum R. D. Franciſcum Guaraſci Canonicum Cathedralis Eccleſiæ Gerontinenſis, ac Synodi Secretarios, *& nempè modo per unum, modo per alterum, alter alterum coadjuvando alta, & intelligibili voce è Pulpito ad claram omnium intelligentiam, eadem Eccleſia Cathedrali plena omninò populo lecta, & publicata fuerunt, primo decreta Synodi præliminaria*, utpotè de Synodi inchoatione: De modo vivendi Synodi tempore: De præjudicio non inferendo: De non diſcedendo niſi Synodo finita: De publica oratione: De deferendis querelis, & abſentium excuſationibus: Et tandèm de Officialibus Synodi, *Emiſſaque fidei profeſſione ab eodem Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo* Domino, *& ab omnibus, & ſingulis, qui eam emittere tenebantur, propter tarditatem horæ, ea dimiſſa fuit de mane.*

Et continuata ſeſſione poſt Veſperas ejuſdem diei per dictos Dominos Synodi Secretarios, *præmiſſis, præmittendis, ut in prædictis actis*, &

præſertim facta vocatione R. Cleri utriuſque *Diœceſis promulgata fuerunt conſtitutiones, & decreta Synodalia, quæ poſt invocationem* Nominis Sanctiſſimæ Trinitatis, *incipiunt à verbis*. Iuſtus ex fide vivit, *uſque per totum* Capitulum ſecundum, *ubi* de Sacramento baptiſmatis titul. 2. *& acta prædicta, ut ſupra lecta, eorumque folia, videntibus omnibus fuerunt obligata in quadam cartella ſigillo ejuſdem Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini in cera hyſpanica impreſſo munita, & Nobis pro eorum conſervatione conſignata, & per Nos ſimilitèr fidelitèr detenta.*

Die verò ſequenti 18. Martii, *feſto Sancti Gabrielis Arcangeli ejuſdem menſis Martii*; & pro ſecunda ſeſſione *Synodali deſtinata, cantata miſſa Pontificali* de Requiem *cum abſolutione* pro Epiſcopis, & Sacerdotibus defunctis; *aliiſque ſacris precibus, & cæremoniis perſolutis, ſupradicti* Domini Secretarii *proſequuti fuerunt lectionem dictarum conſtitutionum, & decretorum Synodalium uſque, & per* totum Capitulum ultim., *ubi* de Indulgentiarum evulgatione, & earum uſu Tit. 3. *Et* ſeſſione poſt veſperas *continuata, deventum fuit uſque, & per totum* capitulum unicum de vita, & honeſtate Clericorum Tit. 6.

Poſtea verò ſequenti pari tèr die 19. Martii *Feſto Sancti Ioſeph de præcepto*, ac Tertia ſeſſione Synodali, *præmiſſa celebratione Sacrificii miſſæ* de Trinitate *cum oratione* pro gratiarum actione *ſub unica tantum concluſione facta per eundem Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Dominum*, *ac præmiſſis ſolitis precibus, ut in præcedentibus, & per hanc totam, & ad finem uſque præſentis ſeſſionis*, ſemper ad formam Pontificalis Romani *fuit proſequuta lectio uſque, & per totum* capit. 6. ubi de Vicariis foraneis Tit. 9., & ultimo; Et poſt Veſperas in ejuſdem ſeſſionis continuatione *præmiſſis, præmittendis, fuit proſequuta lectio uſque ad finem decretorum, & Conſtitutionum Synodalium, quæ terminant ſequentibus verbis*. Reſponderunt omnes: Placent, placent.

Et præfatis omnibus, prout paritèr in actis præſcriptis exprimuntur celebratis, geſtis, publicatis, atque peractis; Idem Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus ad inſtantiam magnifici V. I. D. Franciſci Antonij Perſiano Gubernatoris hujus Civitatis, & Terræ Veteris; Nec non magnifici V. I. D. Antonij Marino Advocati electi per magnificos de Regimine hujus Civitatis, & paritèr per magnificum Laurentium Campana Syndicii eiuſdem Civitatis, aliosque de Regimine *ſequentia, quæ per ipſos ſparſim in præcedentibus actis, & ſeſſionibus fuerunt propoſita, declaravit, explicuit, & gratioſè indulſit reſpectivè.*

Et quidem *Tit. primo Cap.* 2., ubi de doctrin. Chriſtian. *num.* 5. Quod nempe arceantur à pænitentiæ, & communionis Sacramentis Patres familias, Heri, Tutores, & omnes alij, qui aliorum curam gerunt, ſi pro quarta vice, hoc eſt, ſi quatèr, & in diverſis confeſſionibus moniti, non obtempe-

ra-

raverint, mittendo eorum filios, & ſubditos pro inſtructione doctrinè Chriſtianæ.

Item quoad *cap.* 3. ubi de divin. verb. prædicat. *tit.* 1. *num.* 17. & 18. intelligit, ut monitum ſit, ſed tamèn acrè, & quidem valdè acrè, ut tempore Sacratiſſimæ quatrageſimæ, Adventus, & concionum claudantur officinæ, & Artifices ceſſent ab opere, & ad audiendum verbum divinum, ſe conferant, dùm illud in Cathedralibus, Parochialibus, Archipresbyteralibus, alijsquæ Eccleſijs habetur.

Quod autem dicitur *tit.* 2. *cap.* 1. ubi de Sacramentorum adminiſt. & alibi, ut fæminæ non habeant pectora aperta, redarguit quidem illas, & quidem acerrimè, ut fæminæ cum modeſto, & honeſto habitu accedant ad Eccleſiam, & aliàs ab eadem reiciantur, quod tamèn intelligit ſi quoquo modo id fiat proptèr honeſtatem.

Prout moderatus, fuit pœnam librarum decem, & eam reduxit ad libras octo ceræ albæ elaboratæ contrà ſponſos intèr ſe diverſantes antè ſolemnem matrimonij celebrationem, dè qua dicto *tit.* 2. *cap.* 8. ubi de Sacram. matrim. *num.* 2.

Quod autem dicitur *tit.* 3. *cap.* 4., ubi de funer. exequ. & ſepult. *n.* 7. quoad electionem ſepulturæ ſe remiſit ad diſpoſitionem juris communis pro j.s, qui ex improviſo, vèl quomodolibet aliàs decedunt abſque ejus electione.

Et inſupèr quoad *num.* 8. *ſuprad. cap.* 4. gratioſè conceſſit, ut ſiſtat proceſſio in funeribus, quatenùs mulieres conſanguineæ, vel affines ſuis ejulatibus, & ſtrepitibus, officia divina non ceſſent perturbare, & permittit, ſi quietè, & modeſtè pergant.

Inſupèr pœnam de qua *num.* 5. *cap.* 3. ubi de feſtor. obſervant. *tit.* 4. contra feſtorum tranſgreſſores moderatus fuit ad carolenos octo, & permittit aperiri diebus feſtivis de præcepto unam partem januæ officinarum, quarum uſus eſt neceſſarius, id tamen etiam antequam audiatur ſummum ſacrum, & nunquam diebus ſolemnioribus.

Et quoad feſtum, de quo *tit.* 4. *cap.* 3. ubi de feſtor. dier. cult. *num.* 9. mandavit, ut ſervetur feria quinta in Cœna Domini de mane tantùm, uſque ad horas, prout diſponitur in Conſtitutionibus Synodalibus celebratis anno Domini 1705. *ſeſſ.* 3. *decret. ultim.*

Prout quoque conſideratis locorum circumſtantiis, aliiſque animum ſuum dignè moventibus, indulgendo declaravit, quoad caſus reſervatos *cap.* 4. *tit.* 8. *caſu* 5. Medicos incurrere reſervationem, & cenſuram, ibidem expreſſam, ſi poſt tertiam infirmi viſitationum, hoc eſt poſt tertium diem.

In reliquis ſervatis omnibus, quæ in ſupradictis conſtitutionibus diſponuntur; Et cum ſupradicti Domini Gubernator, Advocatus, Sindicus, aliique de Regimine nihil aliud propoſuerint, cum alia omnia per ipſos, alioſvè ſparſim propoſita in ſeſſionibus fuerint benè diſcuſſa, examinata, & dilucidata.

Inſuper

Digitized by Google

Inſuper confirmavit, & approbavit ad inſtantiam magnifici Laurentii Oriolo Erarii principalis Cameræ ibidem ſimiliter præſentis tranſactionem, quam eadem habet cū menſa Epiſcopali,quo ad decimas,quas quolibet Sabbatho Sancto ipſa perſolvit eidem menſæ Epiſcopali,puta ducatos ſexaginta; hoc eſt ducatos quinquaginta prò *curſu nuncupato dello Roſello*,& duc,decem pro *defenſa loco dicto Palumbo, e' ſcacchi della fornara*, & id pro majori cautela utriuſque partis.

Necnon declaravit, inſtantibus ſupradictis RR. PP. tùm Ordinis Prædicatorum, tùm Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia, tùm Carmelitanorum primi inſtituti ibidem præſentibus, nullum per dictas conſtitutiones, & decreta Synodalia præjudicium intuliſſe, intenderit, eorum juribus, quæ ipſis ſalva, integra, & illibata ſervari voluit, & mandavit.

Et tandem facta ſubſcriptione conſtitutionum, & decretorum Synodalium, tàm per dictum Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Dominum,*quàm per utrumque. Reverendiſsimum Capitulum, Parochos, Archipresbyteros, Vicarios Foraneos, & Æconomos, & per R. P. Fr. L. Dominicum Renda Ordinis Prędicatorum Synodi Theologum, vel per eorum Procuratores reſpectivè in noſtri præſentia, & in eodem loco ad aſpectum omnium, non curatis aliis ſubſcriptionibus per dictum* D. *Andream Biſignani Canonicum Pænitentiarium, & Secretarium publicatum fuit decretum de dimiſſione Synodi, & cum benedictione ab eodem Illuſtriſsimo, & Reverendiſs. Domino data, Indulgentiis publicatis: Sancta Synodus dimiſſa fuit cum gratiarum actione* per Hymnum Te Deum laudamus, *cæteraſque preces, ac caremonias præſcriptas in Pontificali Romano,cum ſumma pace,quiete,omnium ſatisfactione, nemineque contradicente, quiſque laudando Illuſtriſsimi, ac Reverendiſsimi Domini Patris noſtri Epiſcopi prudentiam, & cum juſtitia, manſuetudinem, qui hæc omnia ordinauit, compoſuit, & terminauit; prædictis ſupra nominatis, & cognominatis perſonis præſentibus, prout quoque* magnifico Dominico de Acri Sindico Terræ Scalæ, cum magnifico V. J. D. Donato Giurantia,Gubernatore ejuſdem Terræ, necnon magnifico V. I. D. Ioſepho Scavelli Sindico Terræ Veteris, *qui pariter fuerunt ſemper preſentes in omnibus ſeſsionibus*, & etiam Ioanne la Manna Sindico Sancti Maurelli, *frequentique populo in omnibus ſeſsionibus, & actibus, imò ex permiſsione ejuſdem Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi Domini ferè ſemper Eccleſia fuit plena populo.*

Super quibus omnibus, & eorum ſingulis per Admodum R. V. I. D. D. Auguſtinum Maſcambruno Cantorē,& Parochum ejuſdem Cathedralis, ac Synodi Promotorem *petitum fuit, ut Nos tamquam Synodi Notarii unum, vel plura conficere,atque tradere deberemus inſtrumentum,ſeu inſtrumenta &c. Nos autem &c. & ita &c. omni &c.*

Actum ibidem,anno, indictione, diebus, & Pontificatu quibus ſupra: Præſulatus autem ſupradicti Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini anno ſeptimo

ſeptimo, præſentibus, atque audientibus, & intelligentibus omnibus ſupradictis, ad quorum intelligentiam fuit lectum de verbo ad verbum præſens inſtrumentum &c. magnifico Notario Donato Cipriotti hujus Civitatis, magnifico Vittorio Bernardi de Scala, magnifico Dominico Monaci incola Terræ Veteris, aliiſque vocatis &c.

Et poſtea, ac ſtatim, & ſucceſſivè Nobis accerſitis ad Palatium Epiſcopale de ordine dicti Illuſtriſsimi, & Reverendiſsimi Domini, Nobis ibidem dato coram dicto magnifico V. I. D. Franciſco Perſiano Gubernatore hujus Civitatis quinterniones decretorum, & conſtitutionum Synodalium prædictorum colligari, & benè compingi curavimus per Thomam Botta hujus Civitatis, prout in codice prædicti quinterniones benè colligati, & compacti fuere, Nobis præſentibus, & ſic compactum, conſignavimus in propriis manibus dicti Illuſtriſsimi, & Reverendiſsimi Domini poſt præſentis publici inſtrumenti rogitum per Nos ſubſcriptum, & ita &c. omni, &c.

Ita eſt Ego D. *Dominicus Abbas de Roſe* Parochus *Caccurii a uthoritate Apoſtolica Notarius, & Synodi prædictæ* Notarius *legitimè electus, & deputatus rogatus ſubſcripſi, & ſolito ſigno ſignavi manu propr ia &c,*

Loco ✠ Signi.

Ita eſt Ego D. *Thomas Abbas Marullo* Archipresbyter *Scalæ authoritate Apoſtolica Notarius, ac præſentis ſupradictæ noſtræ Sanctæ Synodi Notarius legitimè electus, & deputatus rogatus publicavi, ſubſcripſi, manu propria, ac ſolito ſigno signavi, et in fidem &c.*

Loco ✠ Signi.

Decretorum Synodi

F I N I S.

APPENDIX
AD
SYNODUM DIOECESANAM CARIATENSEM, ET GERUNTINENSEM ANNI MDCCXXVI.

I.

Epiſtola Sac. Congreg. Concilii juſſu sa: me: Innocentii PP. XI. Pro Concionatoribus

Cit. Tit. 1. cap. 3. num. 14. pag. 42.

Eminentiſs., & Reverendiſs. Domine Obſerv. A Pluribus Chriſtiani Orbis Provinciis graves, frequenteſque Romam, atque ad ipſam Sanctam Sedem adventant, ſeu delationes, ſeu querelæ adversùs præſentem prædicationis uſum, tanquàm à primævo Apoſtolorum inſtituto prorsùs aberrantem. Ac quidem cum verbum Dei, quod, Apoſtolo teſte, omninò debet eſſe ſanum, ac ſalutare, multiplici lue per plures ex ipſis Evangelii præconibns reddatur infectum; meritò Sanctiſs. D. N. decrevit contagionem univerſo Gregi, tàm exitioſam, longèque patentem, omni Apoſtolicæ authoritatis conatu, prorſus excindere: Nam quæ peſtis eſſe, aut excogitari violentior ea poteſt, quæ cibos ipſos ad vitæ præſidium inſtitutos, ipſaſque medicinas pro morbis depellendis inventas in mortis inſtrumenta, & præſentiſſima venena converteret? Verbum profectò Dei panis eſt ille vitæ, & intellectus, quo cibari, & aqua ſimùl ſalutaris, qua potari Fidelium animas ab ipſis Religionis chriſtianæ incunabulis, Redemptor Noſter edocuit. At verò ſi ſal, quod pro Dei verbo à Sanctis accipitur, per futiles conciones evanuerit, in quo putreſcentia mortalium vitia condientur: quinimò ſi ſal idem, quod Prædicatores apertè ſignificat; per eloquentiam planè ſtultam infatuatum fuerit, revera non ultra valebit, niſi ut conculcetur, & utinam jam non conculcaretur ab hominibus. Quæ enim miniſterio tàm ſacro Majeſtas, qui

decor

decor, quæ ſanctitas, quæ utilitas ineſt, quando plurimi, ut Paulus clamat, Verbum Dei adulterantes, aut jocis tanquam hiſtriones, aut converſi ad fabulas, uti Poetæ, Auditores ſibi prurientes auribus, coacervant, aut inanis facundiæ lenocinio, & calamiſtrato, ac meretricio planè ſtylo, prædicationem fedè corrumpunt? mandat ergò Sanctitas Sua, zelo verè Apoſtolico accenſa, ut omnes Primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi, cæterarumque Eccleſiarum Præſides, quorum præcipuum munus eſt, Verbum Dei adminiſtrare, Gregemque paſcere, tantis corruptelis occurrant, eaſque concionatoribus opportunè ob oculos ponant, & fugiant à facie tot peſtium potiùs quam colubrorum. Et præſertim univerſi intelligant, quod per Hieremiam Deus illis indixit: Propheta, qui habet ſermonem meum, loquatur ſermonem meum verè, quid palea ad triticum? Numquid verba mea non ſunt ignis, dicit Dominus, & quaſi malleus conterens petras? Videlicet oportere, conciones non paleis refertas eſſe ad vanitatem, ſed igne veritatis ſuccenſas. Porrò ſciant non levem eſſe culpam, ſed grande piaculum, graviſſimaque pœna multandum, ubi per ſcurrilitatem Verbum Dei, velut in ſcenam adducunt, atque Auditoribus deridendum traduxerint. Præterea neque per quæſtiones curioſas, ac paradoxa vana, ità ſuprà captum Populorum aſſurgant, ut verè querantur: Parvuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis: ſimilitèr neque per illecebras inanium verborum res, non minus vanas obtrudant, & per oſtentationem memoriæ, atque pronunciationis præcipitantiam, quaſi præſtigiis Auditorum animos, auresque ludificent. Quamobrem Antiſtites per ſe, ſi tempus vacaverit, tùm in Cathedralibus, tum in aliis Eccleſiis ſeriò animadvertant, & in Diœceſi Vicariis foraneis, aliiſque Miniſtris, probiſque viris, à quibus ea ſuper re relationes exigant, vigilantiam demandent. Ac ſi concionatores normam huiuſmodi tranſgreſſos compererint, eos à prædicationis munere ad tempus benè viſum ſuſpendant, aliavè ratione pro modo culpæ plectere curent, ſubrogando interim alios, qui ſalutari modo Populo oſtendant vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas ſectari oporteat, ut pœnam æternam evadere, & cœleſtem gloriam valeant conſequi. Eminentia igitur veſtra in Civitate, ac Diœceſi ejus curę credita, Sanctiſs. D. N. Juſſibus, proprioque muneri ſatisfacere non gravabitur, idemque ſuis ſuffraganeis, vel qui Synodo Provinciali intereſſe conſueverunt ſignificare. Et E. V. manus humillimè deoſculor. Romæ 6. Iulii 1680.

Humillimus, & Addictiſs. Servus
F. Card. Columna.
V. Archiep. Brancatius Epiſc. Viterbien. Secr.

II.

METODO.

Da tenerſi nelle Congregazioni de' Sacri Riti, e caſi di conſcienza.

cit. Tit. 1. cap. 5. num. 4. pagin. 47.

CHI ſi raccorda, che Iddio per Oſea diſſe à Sacerdoti del Vecchio Teſtamento: *quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi*, rifletterà bene quanta ſcienza ſi richiegga nel Sacerdozio Evangelico; non dovendoſi negare alla verità quello, che richiedevaſi all'ombra, ed à gli enigmi. E maggior ſcienza certamente richiedeſi in que', che non hanno già da offerire sù de' Sagri Altari vittime di animali immondi, ma lo immaculato Agnello di Dio, e devono miniſtrare i Sagramenti, che dal di lui aperto coſtato diramaronſi à beneſizio dell'univerſo. Per non eſſere dunque i Sacerdoti, ed ogni altro Miniſtro dell'Altare, come ignoranti, rigettati dagli eſercizii de noſtri Sagroſanti Miſteri, frequenteranno le Congregazioni de'caſi, e di Riti tanto inculcate, preciſamente nel preſente Concilio Romano, le quali faranſi nella maniera, che qui ſi ſoggiugne, e ſi propone doverſi oſſervare.

1. Vna volta adunque per ciaſchedunа ſettimana ne'luoghi, da ſtabilirſi da Veſcovi, ed in Roma dall'Eminentiſſimo Signor Cardinal Vicario, faraſſi à vicenda, hor l'una, hor l'altra, la Congregazione de'caſi, e de Riti. Vi ſarà un Prefetto, che preſederà: e ſarà il coſtituito da' Veſcovi medemi, i quali parimente coſtituiranno un Segretatio coll'uffizio, come appreſſo.

2. Il giorno, ed ora preſiſſi ſignificaranſi dal Prefetto di ciaſchedun luogo mezz'ora innanzi il Segretario di eſſa Congregazione farà ſuonare alla diſteſa, per un mezzoquarto di ora la Campana della Chieſa, ove faraſſi la Congregazione.

3. Congregati, che ſaranno tutti nel luogo determinato, quei, che debbono convenire, ſi darà principio alla conferenza col cominciarſi dal Prefetto l' Inno: *Veni Creator Spiritus*, doppo il quale egli ſteſſo ſoggiugnerà l' Orazione dello Spirito Santo, della Beata Vergine, e quell'altra *Actiones noſtras &c.* nel qual tempo ſtaranno tutti inginocchiati.

4. Finita la Orazione, ſi porrà ciaſchuno à ſedere con ordine, la metà per parte, ed in mezzo in faccia al Clero, ſederà il Prefetto, il quale terrà avanti di ſe un tavolino con que' libri, che ſtimerà egli neceſſarj, come anche l' Orologio dà polvere, per miſurare il tempo, che doverà durare la Congregazione, e ſarà almeno di un ora.

5. Dà

5. Da un lato del medeſimo tavolino ſederà il Segretario, che doverà tenere preſſo di ſe il ruolo di tutti quegli Eccleſiaſtici, che ſaranno tenuti à convenire, con carta, penna, e clamajo, ed un libro groſſo, che doveranno ſomminiſtrarſi da'Procuratori de'Capitoli, Collegj, e Cleri obligati; ed in tal libro doveranno regiſtrarſi i caſi, che ſi diſcuteranno, colle loro deciſioni in ciaſcheduna conferenza, come ſi dirà appreſſo, parlandoſi dell'uffizio del Segretario.

6. Poſti, che ſaranno tutti à ſedere, il Prefetto per un quarto di ora leggerà, e ſpiegherà un capo di qualche Concilio Provinciale, ò Diocefano, appartenente alla propria Diocefi, accioche in queſtà maniera venga ricordata, ed inculcata a ciaſcheduno la legge, che dee oſſervare, e far da altri oſſervare.

7. Terminata queſta lezione, e ſpiegazione ſi paſſarà alla diſcuſſione di un ſol caſo, ò rituale, ò morale, come ſi è detto di ſopra num. 1. intorno al quale diſcorreranno almeno due, e queſti ſi caveranno à ſorte da una buſſola, ove ſaranno in tante cartelline i nomi degli obligati alla Congregazione; accioche tutti vengano preparati. Intorno à ciò ſi ſpenderà un' altro quarto di ora ò più, ſecondo parerà ſpediente avvertendo, che tal diſcuſſione ſegua con ſodezza di dottrina, con brevità, e ſenza ſtrepito di parole.

8. In fine della diſcuſſione, il Prefetto, ò qualche altro, ſecondo altra più buona regola, giuſta il numero de ſoggetti, che vi ſaranno, il quale però ſi caverà à ſorte da un'altra buſſola, e doverà avviſarſi quindeci giorni innanzi, brevemente determinarà la conchiuſione del caſo propoſto con quelle ſode dottrine, che egli ſtimarà più vere, e più fondate. Ed accioche poſſan tutti prepararſi s'ingiunga à ciaſcheduno, che abbia preſſo di ſe qualche libro di Autore più claſſico, che tratti pratticamente di Theologia, ò caſi morali, e per le materie de ſagri Riti, habbianſi almeno i Commentarj del Sarnelli, fatti ſtampare, e riſtampare di ordine di noſtro Signore, il Gavanto, il Bauldrij e da Parochi anche il Corſetti.

9. Nel terzo quarto di ora ſi metteranno in prattica i ſagri Riti; principiando dalla Meſſa privata, Meſſa ſolenne; Funzioni Parrochiali, e Miniſtrazione di Sagramenti: avvertendoſi, che ciò ſi faccia un pò per volta, e con attenzione da chi deputarà il Prefetto; dal quale ſi deſtinarà ancora un Maeſtro di Ceremonie, per le occorrenti animadverſioni, e dovute ammende.

10. L'ultimo quarto ſi ſpenderà nell' orazione mentale proponendoſi da uno, che per le prime volte pur deſtinarà il Prefetto, i Punti da meditarſi, ſecondo il metodo dato da S. Franceſco di Sales; e per maggior commodo, e facilità, potranno prenderſi dal celebre *Tomaſo de kempis*. In appreſſo però quando giudicarà il Prefetto, ſi cavarà anche dall'altra buſſoletta; chi doverà dare la meditazione, affinche ogn'uno s'imprattichiſca in sì neceſſario, ed utile eſercizio di orare.

11. Finalmente ſi terminarà la meditazione con qualche breve orazione vocale come *Agimus &c.* confirma *hoc Deus &c.* e colle Litanie della Beata Vergine, e ſua orazione in fine.

 12. Fat-

12. Fatti queſti eſercizij s'intimerà la Congregazione futura, leggendoſi a tal'effetto dal Segretario il foglio, che gli darà il Prefetto dove ſarà preſcritto il giorno, e l'ora della medeſima, e notato il caſo da diſcuterſi, con quella parte della funzione, che doverà metterſi in prattica, e chi doverà dare la meditazione, il quale foglio poi doverà affiggerſi in luogo patente della Sagreſtia, accioche da tutti ſia veduto, e poſſa ciaſcheduno opportunatamente prevedere collo ſtudio la riſoluzione del dubio, che ſi diſcuterà, e prepararſi alla prattica della propoſta funzione.

13. L'uffizio poi del Segretario ſarà finita, che ſia la conferenza di regiſtrarla compendioſamente nel libro accennato, notando primieramente il giorno l'ora, ed il luogo, nel quale fù tenuta con nomi di tutti gli Eccleſiaſtici, che vi ſi ſaranno ragunati, ò per far breve con notarvi i ſoli aſſenti, accioche ſiano corretti. Indi regiſtarà il caſo eſaminato, i nomi di quei, che uſciti à ſorte han diſcorſo ſoura il medeſimo: indi vi traſcriverà la deciſione, che riceverà da chi l'averà fatta: di poi notarà quella parte della funzione prattica, ed in fine ſi ſottoſcriverà col ſuo nome, e cognome.

14. Finito tutto ciò, doverà lo ſteſſo Segratario in una notola, ſottoſcritta da lui, notare i nomi de'mancanti ſenza legitimo impedimento, il quale deve ſempre approvarſi dal Prefetto, e conſegnarla al Vicario del luogo, ad effetto di procedere alla pena ſtabilita, e ſarà obligazione preciſa de Vicarij medeſimi, di vedere, ed inſieme invigilare, che il Segretario non manchi al ſuo uffizio, ad effetto di avuiſarne i Veſcovi medeſimi per darvi i rimedij opportuni.

15. E perche nel Segretario ſomma fede ſi ricerca, mentre al libro conſervato da lui doverà averſi piena credenza per le atteſtazioni, che di ordine, ò del Veſcovo, ò della ſua Curia, ſi eſtraeranno intorno alla frequenza degli Eccleſiaſtici in queſto eſercizio, egli doverà giurare ſopra il Santo Vangelo in mano de Vicarij de Luoghi di amminiſtrare fedelmente il ſuo uffizio: ne ſi tralaſciarà nel libro ſteſſo delle Conferenze di regiſtrare l' atto del dato giuramento.

16. Queſto libro, nel principio del quale ſi traſcriverà queſto metodo, doverà viſitarſi ogni anno almeno da Veſcovi, ò da loro Vicarij Generali, i quali non ſi graveranno d' intervenire di quando in quando à ſomiglianti Congregazioni, per oſſervarne la prattica, ed il profitto, e ſoura tutto, perche più ſoglio no eſſere i negligenti, che gli oſſervanti delle leggi à fine di muovere gli ſvogliati anche col loro pratico eſempio.

F. A. Arciveſcovo Veſcovo di Avellino, e di Frigento Segretario del Concilio.

Pre-

Preci per cominciare la Congregazione

ORAZIONE.

ACtiones noſtras quæſumus Domine aſpirando præveni, & adjuvando proſequere, ut cunctà noſtra oratio, & operatio à te ſemper incipiat, & per Te cœpta finiatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum Amen.

Veni Sancte Spiritus reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende.

Kyrie eleiſon ℟. Chriſte eleiſon.

Kyrie eleiſon. Pater noſter &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem

℟. Sed libera nos à malo

℣. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur

℟. Et renovabis faciem terræ.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

MEntes noſtras quæſumus Domine, lumine tuæ charitatis illuſtra, ut videre poſſimus, quæ agenda ſunt, & quæ recta ſunt agere valeamus. Per Chriſtum Dominum noſtrum Amen.

PRECI

Per dopo terminata la Congregazione.

AGimus Tibi gratias Omnipotens Deus pro univerſis beneficiis tuis, qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum Amen.

Dopo si dicono le Litanie della Beatiſsima Vergine colla ſua Antifona, ſub tuum præſidium. *Verſetto, et Reſponſorio ſolito coll'orazione.* Gratiam tuam; *e fatta la commemorazione del Santo Protettore del luogo col ſuffragio de' Morti, ſi termina colle ſeguenti*

PRECI

COnfirma hoc Deus, quod operatus es in nobis

℟. A Templo Sancto tuo, quod eſt in Ieruſalem.

Kyrie eleiſon. ℟. Chriſte eleiſon.

Kyrie eleiſon. Pater noſter &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem

℟. Sed libera nos à malo

℣. Memento Congregationis tuæ

℟. Quam poſſediſti ab initio Do-

Digitized by Google

℣. Domine exaudi orationem meam
℟. Et clamor meus ad Te veniat
℣. Dominus vobiſcum, ℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMUS.

PRæſta nobis, quæſumus Domine, auxilium gratiæ tuæ, ut quæ Te auctore, facienda cognovimus, Te auxiliante impleamus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Divinum auxilium maneat ſemper nobiſcum. ℟. Amen.
Fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.
Benedictio Dei Omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti deſcendat ſuper Nos, & maneat ſemper ℟. Amen.

E finalmente ſi publicaranno le Indulgenze di quaranta giorni, che ſi guadagnano da coloro, che ſaranno preſenti in eſſa congregazione, come nel Sinodo tit. 1. cap. 7. num. 7. pag. 48.

III.
INSTRUZIONE

Per gli Figliuoli, e Figliuole, che debbono ammetterſi per la prima volta alla Sacramentale Confeſſione, e Comunione.

Cit. Tit. 2. cap. 4. num. 7. pag. 59.

INTRODUZIONE

Per la Sacramentale Confeſſione.

59. Oltre l'eſſortargli à ſentire ogni giorno meſſa, & andare la Feſta alli Divini ufficii, e particolarmente queſti, che ſaranno capaci, così Vomini, come Donne, inſegnare il modo di fare orazione mentale à gli altri, moſtrare, come debbano dire divotamente il Roſario, o la Corona,

 o vero

o vero l'officio della Madonna, o vero li ſette Salmi Penitenziali, o altre ſimili orazioni: inducendo però generalmente tutti i ſuoi figliuoli ſpirituali à fare l'eſame della coſcienza, per il quale ſarà à propoſito, che piglino il tempo della ſera à far inſieme con tutta la fameglia orazione.

Gli eſortino alle frequenti confeſſioni, e communioni, e vedano di ridurli, ſecondo il conſiglio di S. Agoſtino, che ogni Domenica ſi communichino: e quando trovaſſero alcuno, che non foſſe diſpoſto, à far queſto cerchino di diſporlo pian piano, eſſortandolo prima à confeſſarſi, e communicarſi le feſte principali dell'anno, cioè oltre la Paſqua, alla Pentecoſte, l'Aſſonzione della Madonna, tutti i Santi, il Natale, e la Domenica prima di quadrageſima, per prepararſi al Santo digiuno quareſimale, e dopoi accreſcendoli altri giorni, lo riduca à confeſſarſi ogni meſe, il che fatto, che averà, ſarà facil coſa di ridurlo alla communione di ogni otto giorni.

Abbiano particolar cura, che ſpendano li giorni delle Feſte in onore, e ſervizio del Signore. Per queſto gl'indurranno ad entrare in alcuna di quelle Compagnie, che hanno per iſtituto particolare ſpendere i giorni delle Feſte in orazioni, ed eſſercizii di opere pie. Tengano particolar conto ſe ſono padri, ò madri di fameglia, che governino le loro caſe ad onor di Dio, e particolarmente abbiano cura, che i loro figlioli vadano alla Dottrina Criſtiana, e di condurgli le Feſte ſeco alle Prediche, Veſperi, Lezzioni ſagre, e gli incaminino sù la via del confeſſarſi, e commmunicarſi ſpeſſo.

Procurino, che ſe hanno moglie, le tirino anche eſſe alla frequenza delli Sagramenti, ò vero ſe le figliuole ſpirituali hanno marito, facciano il medeſimo, ricordandoli queſto, che San Paolo dice, che l'buon marito molte volte guadagna la moglie à Chriſto, e ſpeſſe volte la moglie guadagna il marito.

Facciano comprare à quelli, che ſanno leggere, & hanno il modo, alcuni libri ſpirituali, e divoti, quali leggano, ò facciano leggere inſieme colla ſua fameglia, la ſera, maſſime li giorni delle Feſte, & à queſto effetto ſono buone le vite de Santi Padri, il Gerſone dell'Imitazione di Chriſto, l'opere di Frà Luigi di Granata, gli Eſercizii di vita ſpirituale, & il Roſario di D. Gaſpare Loarte, la Prattica dell'orazione ſpirituale del P. Frà Mattia Cappuccino, ed altri ſimili.

Inculcaranno ſpeſſo à ricchi, che ſono diſpenſatori di Dio delle ricchezze, che hanno, che ſe bene poſſono ſoſtentare con eſſe, e mantenere lo ſtato, e grado loro, devono però farlo Criſtianamente, e modeſtamente, ſi che non ſpendano in queſto più di quello, che portano le ſue forze, ma più toſto meno, conforme anche à quello, che hanno conoſciuto, & inſegnato ſino i Gentili.

Che hanno grande obligo di fare elemoſine; avviſandoli, che per non errare in precetto di tanta importanza, ſi regolino col conſiglio di Perſone ſpirituali, & intelligenti.

E ſi-

E finalmente conforme allo ſtato, e condizione di ciaſcuno ſuo figliuolo ſpirituale, a tutti daranno quelli ricordi, & ajuti, che giudicaranno neceſſarii, & utili, acciò ſi conſervino, e creſcano nella via del Signore.

VIII.

EPISTOLA ENCYCLICA

S. Congr. Conc.

Ad Univerſos Italiæ, & Inſularum adjacentium Epiſcopos prò Spiritualibus exercitiis peragendis.

Cit. tit. 2 cap. 6. num. 13. pag. 75. & tit. 7. cap. 6 num. 3. pag. 125.

R*Everendiſsime Domine uti Frater*. Inter graviſsimas Paſtoralis officii curas, quibus Sanctiſsimus Dominus Noſter aſsiduè premitur, in eam præcipuo ſtudio incumbit, ut quicumque in ſortem Domini vocati ſunt, præſertim verò Sacerdotes, & animarum Rectores, tum Sacrarum Literarum, Divinarumque rerum ſcientia, tum etiam vitæ, morumque honeſtate, ceteris antecellant, ac in omnibus juxtà monitum Apoſtoli præbeant ſemetipſos exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, & in gravitate. Cum etenim ipſi ſint ſanctiora Eccleſiæ membra, Diſpenſatores Myſteriorum Dei, chriſtiani populi Duces, & Magiſtri, mediatores inter Deū, & Homines, Lucernæ ſuper candelabrum poſitæ, ut luceant omnibus, qui in Domo ſunt, nihil eſt quod alios magis ad pietatem, divinumque cultum accendant, quam illorum vita, & exemplum; omnes ſiquidem in ipſos, tamquam in ſpeculum, oculos conjiciunt, ut indè ſumere poſsint, quod imitentur. Porrò cum diuturna experientia compertum ſit, ad retinendam, conſervandamque Sacerdotalis Ordinis dignitatem, & ſanctimoniam maximè conducere, ut Eccleſiaſtici Viri ſpiritualibus Exercitiis aliquandò vacent, quibus quidquid de mundano pulvere ſordium contractum eſt, commodè detergitur, Eccleſiaſticus ſpiritus reparatur, mentis acies divinarum rerum contemplationem extollitur, rectè, ſanctèque vivendi norma, vel inſtituitur, vel confirmatur, proindè Sanctitas Sua prò eximio, quo flagrat omnium ſalutis Zelo, vehementèr exoptans, ut pium hoc, & ſaluberrimum Exercitiorum ſpiritualium opus ubique locorum magnoperè frequentetur, ac vigeat, univerſos Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, cæteroſq; tàm Italiæ, etiam inſularum adjacentium Ordinarios enixè admonet, ac in Domino hortatur, ut illud in ſua quiſque Diœceſi, quò majori poterunt conatu, & ſtudio promovere ſatagant; præcipuè verò iis diſtinctè injungit, ut ſingu-

pit, ut quæ dudum fa: mem. *Innocentius PP. XI. P. M.* per Encyclicam Epiſtolam à Sacra Congregatione Epiſcoporum, & Regularium conſultationibus præpoſita ad univerſos Italiæ, inſularumque adjacentium Epiſcopos datam *die 9. Octobris* 1682. quoad hujuſmodi ſpiritualia Exercitia à ſingulis Clericis decem dierum ſpatio antequàm ad Sac. Ordines aſſumantur, peragenda mandavit, exactè, ac inviolabilitèr obſervari, & exequi curent, & quos jiſdem exercitiis per antedicti temporis ſpatium minimè operam dediſſe cognoverint à Sacra Ordinatione repellant penitus, & arceant.

Prætereà Sanctitas Sua eoſdem Ordinarios admonet, & hortatur, ut fructu, qui ſanè uberrimus ex prædictis ſpiritualibus Exercitiis percipitur, opportunè propoſito, & explicato univerſos ex Clero ſibi ſubjectos, ſed præcipuè animarum Rectores, Confeſſarios, Canonicos, aliòſque Beneficiatos Chori ſervitio adſtrictos diligentèr excitent ad eadem Exercitia ſaltèm ſemel in anno peragenda in Domibus Religioſorum Societatis Ieſu, ſeu Præsbyterorum Congregationis Miſſionis, ſi adſint, ſin minus in alia Pia, ſeu Regulari Domo ab ipſis Ordinariis ad id deſignanda, & approbanda.

Vt autem alacrius ad ejuſmodi ſpiritualem ſeceſſum ſinguli conveniant; Sanctitas Sua omnibus præfatis animarum Rectoribus, Confeſſariis, Canonicis, Beneficiatis, aliiſque Sacerdotibus, & Clericis, qui per decem dies ſingulis annis, eadem Exercitia peregerint in Domibus præfatis ibique diù, noctuque permanſerint, ac intereà temporis verè pœnitentes, & confeſſi Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, quotiès id egerint, plenariam omnium ſuorum peccatorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditèr in Domino elargitur, Parochos inſuper per id tempus ſemèl tantùm in anno Exercitiis hujuſmodi vacantes à reſidentia benignè abſolvit; quod ipſum ſervari præcipit, quoad Canonicos, Beneficiatos, alioſque perſonali reſidentia adſtrictos, & Chori ſervitio mancipatos, quos nihilominus lucrari decernit integros fructus, & quotidianas ſuorum reſpectivè Canonicatuum, & Beneficiorum diſtributiones qualcumque, perindè, ac ſi Choro, diviniſque officiis perſonalitèr intereſſent, dummodò tamen eadem Exercitia peragant, obtenta priùs ab Ordinario licentia, à quo nullatenùs concedenda erit: Adventus, & Quatrageſimæ tempore, ac in ſolemnioribus Feſtivitatibus, nec unquàm omnibus ſimùl Canonicis, aliiſq; choro inſervientibus, ſed eo adhibito modo, ut chori ſervitium nequaquam intermittatur, & quoad Parochos, idoneis priùs ſubrogatis Oèconomis ab ipſomet Ordinario approbandis, qui animarum curam laudabiliter adminiſtrent.

Mandat inſuper Sanctitas Sua, ut hę literæ publicentur in iſta Diœceſi, & in Cancellariæ Regeſtis pro perenni eorum, quæ in illis continentur, obſervantia deſcribantur, & ad hunc ipſum finem quolibet triennio earum publicatio in poſterùm renovetur. Quæ omnia ità diligentèr ab Amplitudinis Tuæ, vigili providentia, ac Paſtorali ſolicitudine præſtanda fore confi-

dit

dit Sanctiſſimus Pater, ut à Sanctitate Sua laudem, à Cœleſti verò bonorum operum Retributore cond gna præmia valeat promereri; & Amplitudine Tua copioſa Divinorum chariſmatum incrementa ex animo precamur.

Ampl. Tuæ. Datum Romæ die 1. Februarii 1710.

Vti Frater

B. Card. Panciaticus Præf.

V. Petra Secr.

I X.

Epiſtola Encycl. S. Congr. S. Officii ſuper exorciſmis.

Cit. tit. 2. cap. 7. § unic. pag. 78.

Illuſtr. e Reverendiſs. Signore come Fratello. Eſsendo ſtati rappreſentati à N.S. i gravi diſordini, che ſieguono dalla moltiplicità degl'eſorciſmi, che quaſi univerſalmente ſi inventano, e ſi pratticano dalle Perſone deſtinate ad eſorcizare; E volendo la medeſima colla ſua Paſtorale ſollecitudine dare à tali inconvenienti il neceſſario provedimento, uditi prima i pareri di queſti miei Eminentiſſimi Colleghi Signori Cardinali Generali Inquiſitori ha ſtabilito, che per mezzo di queſta Sagra Congregazione ſi ordini à tutti gli Arciveſcovi, Veſcovi, & altri Ordinarij, ſiccome colla preſente ſi ordina à V.S. che in avuenire, non permetta, che alcuno Sacerdote tanto Secolare, quanto Regolare ſia ameſſo all' Eſercizio di eſorciſta, ſenza che prima le conſti della di lui pietà, integrità di vita, e prudenza, e ſenza che abbia tutte le qualità ricercate per tale amminiſtrazione dal Rituale Romano. Vuole in oltre ſua Beatitudine, che ella inſiſta con tutta la ſua attenzione, e vigilanza, accioche le Perſone, che ſaranno da lei ſtimare capaci di tal Miniſtero, ſi vagliano della direzione del Rituale Romano, e che non preteriſcano le Regole, che in quello ſi preſcrivono. Tanto V. S. dourà eſequire per ubbedire eſattamente alli Santi, e ſupremi ordini di ſua Beatitudine. E Dio la proſperi.

Di V. S. Roma 2. Luglio 1710.

Come Fratello

G. Cardinales Mareſcotti.

X.

Ex Decretis Sacræ Congregationis Concilij San. mem. Vrbani PP. VIII. auctoritate editis

De Celebratione Miſſarum

cit. tit. 3. cap. 2. pag. 83.

Cum ſepè contingat in quibuſdam Eccleſiis &c. *pluribus vero omiſſis.* Primò diſtrictò, prohibet, atque interdicit, nè Epiſcopi in Diœceſana Synodo,

aut

aut Generales in Capitulis generalibus, vèl alias quomodocumque reducerent onera ulla Miſſarum celebrandarum, aut poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis; ſed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis, ad Apoſtolicam Sedem recurratur, quæ re diligentèr perſpecta, id ſtatuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur; alioquin reductiones, moderationes, & commutationes huiuſmodi, ſi quàs contra hujus prohibitionis formam fieri contigerit, omninò nullas, atque inanes decernit.

Deindè, ubi pro pluribus miſſis etiàm ejuſdem qualitatis, celebrandis, plura ſtipendia, quantumcumque incongrua, & exigua, ſivè ab una, ſivè à pluribus Perſonis collata fuerint, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Eccleſijs, Capitulis, Collegijs, Hoſpitalibus, ſocietatibus, monaſterijs, Conventibus, Congregationibus, Domibus, ac locis Pijs quibuſcumque, tàm ſecularibus, quàm Regularibus, Sacra Congregatio ſub obteſtatione Divini Iudicij mandat, ac præcipit, ut abſolutè tot miſsæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemoſinæ præſcriptæ fuerint; ità ut alioquin ij, ad quos pertinet ſuæ obligationi non ſatisfaciant, quinimmò graviter peccent, & ad reſtitutionem teneantur.

Id verò; ut deinceps obſervetur exactiùs, Sac. Congregatio eadem auctoritate ravocat Privilegia, & indulta omnia quibuſvis Perſonis, Eccleſijs, ac Locis Pijs, tàm ſecularibus, quàm Regularibus, cujuſcumque Ordinis, Congregationis, et Inſtituti, quamcumque ob cauſam conceſſa, quibus indulgetur, ut certarum Miſſarum, vèl anniverſariorum celebratione, aut aliquibus collectis, ſeu orationibus plurium miſſarum oneribus in futurū ſuſcipiendis ſatisfaciat.

Ac ſimilitèr omne damnabile luctum ab Eccleſia removere volens, prohibet Sacerdoti, qui miſſam ſuſcepit celebrandam cum certa eleemosyna, ne eamdem miſſam alteri, parte ejuſdem eleemosynæ ſibi retenta celebrandam committat.

Præterea, ne in Eccleſiis, in quibus onera miſſarum in perpetuum impoſita ſunt, Sacerdotes in eis, ut par eſt adimplendis, eo tepidiores, ac ſegniores reddantur, quod onera hujuſmodi cum nulla, aut parva ſint utilitate conjuncta; ſtatuit, atque decernit, ut pecuniæ, ac bona mobilia Eccleſiis, Capitulis, Collegiis, Hoſpitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monaſteriis, Conventibus, ac locis omnibus, tàm ſecularibus, quàm Regularibus, atque illorum Perſonis in futurum ſimplicitèr acquirenda cum onere perpetuo miſſarum celebrandarum ab jis, ad quos pertinet, ſub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ *ipſo facto incurrenda*, à die realis acquiſitionis ſtatim deponi debeant pænes eedem Sacram, vel Perſonam fide, & facultatibus idoneam ad effectum illa, ſeù illorum pretium, quàm primùm inveſtiendi in bonis immobilibus fructiferis, cum

expreſ-

Digitized by Google

expreſſa, & individua mentione oneris, quod illis annexum reperitur, ac ſi eadem bona immobilia Apoſtolica auctoritate deinceps alienari contingerit, eorumdem pretium ſub eadem pœna, ut ſupra, deponi, atque in alijs bonis ſtabilibus itidem fructiferis, cum ejuſdem oneris repetitione, atque annexione, converti debeat.

DECLARATIONES

Aliquot horum decretorum ab eadem Congregatione ejuſdem Vrbani VIII. authoritate editæ.

SUpèr primo Sacræ Congregationis Decreto de celebratione miſſarum, quo prohibetur ne Epiſcopi in Diœceſana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vèl aliàs quoquo modo reducant onera ulla miſſarum celebrandarum, aut poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis.

Queritur: Quid, ſi legatum ſit ità tenue, ut non ſit, qui velit ad Sedem Apoſt. pro moderatione oneris, totum, aut fere totum, inſumendum ſit pro expenſis ad id neceſſarijs? Et; quid, ſi permittatur Epiſcopo in fundatione, ut poſſit hujuſmodi onera moderari?

Sacra Congregatio Cardinalium auctoritate à Sanctiſſimo D. N. attributa reſpondit; Et ſi legatum ſit adeo tenue, nihilominùs pro reductione oneris, ut ſupra, impoſiti ab ijs ad quos pertinet, ſedem Apoſtolicam eſſe adeundam, quę abſque ulla impenſa id ſtatuet, quod magis in domino è re eſſe judicaverit. Veruntamèn, ſi in ipſa Beneficij erectione expreſsè cautũ fuit, ut liceàt Epiſcopo injunctum onus reducere, ac moderari; legem hanc fundationis, quàm Decreta, hac de re edita, non ſuſtulerunt eſſe validam, & obſervandam.

Secundo: ſupèr 2. ejuſdem. Congreg. Decreto, quo cavetur, ut celebrentur tot miſſæ, quot ad rationẽ tributæ eleemoſinę præſcriptæ fuerint: Quæritur, An verba illa (*præſcriptæ fuerint*) intelligenda ſint de præſcriptione facta ab offerente, vèl ab Ordinario?

Reſpondit eſſe intelligenda de præſcriptione facta ab eo qui eleemoſynam tribuit, non autem ab Ordinario. Quod ſi tribuens eleemoſynam numerum miſſarum celebrandarum non præſcripſerit, tunc tot miſſas celebrari debere, quot præſcripſerit Ordinarius, ſecundum morem ſuæ Civitatis, vèl Provinciæ.

Tertiò Quæritur: An cum Ordinarius præſcripſerit eleemoſynam congruam juxtà qualitatem loci, perſonarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes ſtipendium minus congruo, teneantur miſſas illis ab offerente præſcriptas celebrare?

Reſpondetur Teneri.

Quartò Quæritur: An Sacerdotes, qui tenentur miſſas celebrare ratione beneficij, ſeu Capellæ, legati, aut ſalarij, poſſint etiam manualem eleemoſy-

nam pro miſſis votivis, aut Defunctorum recipere, & unico Miſſæ Sacrificio utrique oneri ſatisfacere?

Reſpondit Sacerdotes, quibus diebus tenentur Miſſas celebrare ratione Beneficij, ſeu Capellæ, legati aut ſalarij, ſi eleemoſynas pro alijs Miſſis celebrãdis ſuſceperint, non poſſe eadem Miſſa utrique obligationi ſatisfacere.

Quinto, poſito quod Teſtator relinquat, ut celebrentur pro ejus anima centum miſſæ abſque ulla præſcriptione eleemoſynæ: Quæritur, An liberum ſit hæredibus eleemoſynam ſibi benè viſam præſcribere, an verò eadem eleemoſyna præſcribenda ſit ab Ordinario?

Cenſuit, ubi nullam certam eleemoſynam Teſtator reliquit, eſſe ab Epiſcopo præſcribendam eleemoſynam congruam, quæ reſpondeat oneribus Miſſarum celebrandarum ſecundum morem Civitatis, vel Provinciæ.

Sexto: ſuper tertio Congregationis Decreto, in quo eadem Congregatio revocat privilegia, quibus indulgetur, ut certarũ miſſarum, vel Anniverſariorum celebratione, aut aliquibus collectis, ſeu Orationibus, plurium miſſarum oneribus in futurum ſuſcipiendis ſatisfiat: Quæritur, An verba (*In futurum ſuſcipiendis*) intelligenda ſint de oneribus ſuſcipiendis poſt privilegium?

Reſpond. Ità eſſe intelligenda.

Septimo: Super quarto ejuſdem Congregationis Decreto, quo prohibetur Sacerdoti, qui miſſam ſuſcepit celebrandam, cum certa eleemoſyna, ne eamdem miſſam alteri, parte ejuſdem eleemoſynæ ſibi retenta celebrandam committat: Quæritur, an permittendum ſit Adminiſtratoribus Eccleſiæ, ut retineant aliquam eleemoſynarum portionem pro expenſis manutentionis Eccleſiæ, & Altarium, inſervientium, paramentorum, luminum, vini, oſtiæ, & ſimilium?

Reſpond. Permittendum non eſſe, ut Eccleſia, ac Loca Pia, ſeu illorum Adminiſtratores ex eleemosynis miſſarum celebrandarum ullam, utcumque minimam portionem retineant ratione expenſarum, quas ſubeunt in miſſarum celebratione, niſi cum Eccleſiæ, & loca ipſa alias, non habent redditus, quos in uſum earundem expenſarum erogare licitè poſſint; Et tunc, quam portionem retinebunt, nullatenùs debere excedere valorem expenſarum, quæ pro ipſomet tantum miſſæ ſacrificio neceſſariò ſunt ſubeundæ, & nihilominùs eo etiam caſũ curandum eſſe, ut ex pecuniis, quæ ſuperſunt, expenſis, ut ſupra deductis, abſolutè tot miſſæ celebrentur, quot præſcriptæ fuerint ab offerentibus eleemosynas.

Octavo: Quæritur; An hoc decretum habeat locum in Beneficiis, quæ conferuntur in titulum, ideſt: *An Rector Beneficii, qui poteſt per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare ſtipendium ad rationem redditunm beneficii?*

Reſpond. Non habere locum, ſed ſatis eſſe, ut Rector Beneficii, qui poteſt miſſam per alium celebrare tribuat Sacerdoti celebranti eleemosynam

corr-

Digitized by Google

congruam ſecundum morem Civitatis, vel Provinciæ, niſi in fundatione ipſius Beneficii aliud cautum fuerit,

Nono: Quæritur, An Sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemoſyna major ſolita pro celebratione miſſæ debeant dare eamdem integram eleemosynam conſuetam?

Reſpod. deberẽ abſolutè integram eleemosynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec ullam illius partem ſibi retinere poſſe.

Decimo: Super quinto ejuſdem Congregationis Decreto, quo inter cætera ſtatuitur in hæc verba (*Eleemoſynas verò manuales, & quotidianas pro miſsis celebrandis, ita demùm accipere poſſint, ſi oneribus antea impoſitis ita ſatisfecerint, ut nova quoque onera obire valeant, alioquin omninò abſtineant ab hujuſmodi eleemoſynis, etiam ſpontè oblatis in futurum recipiendis, & capſulas auferant &c.*) Quæritur, An hoc decretum prohibeat abſolutè, quominùs accipiant novas eleemoſynas ii, qui acceptis, non ſatisfecerunt, & quid, ſi congruo tempore poſſint omnibus ſatisfacere?

Reſpond, Quamvis onera, ſuſcepta infrà modicum tempus adimpleri nequeant, ſi tamen tribuens eleemoſynam pro aliarum miſſarum celebratione id ſciat, & conſentiat, ut illæ tunc demum celebrentur cum ſuſceptis oneribus ſatisfactum fuerit, Decretum non prohibere quominùs in eo caſu eleemoſyna accipiatur pro jiſdem miſſis, juxtà Benefactoris conſenſum celebrandis.

Vndecimo: Quæritur, An pœna interdicti, & aliæ appoſitæ in eodem decreto afficiant tàm eos, qui accipiunt eleemoſynas contra formam ibi præſcriptam, quam eos, qui non auferunt capſulas ab Eccleſiis, ut ibidem præcipitur.

Reſpond. Has pœnas, non habere locum, in ſuſcipientibus onera perpetua miſſarum celebrandarum, ſinè licentia Epiſcopi, vel ejus Generalis Vicarii, aut Generalis, vel Provincialis.

Duodecimo: Quæritur, An in hoc Decreto compræhendantur illæ capſulæ, quæ apponi ſolent in Eccleſiis in die commemorationis omnium Defunctorum, & vulgò dicuntur: *caſſe de' morti?*

Reſpond. Comprehendi.

Decimotertio: Queritur, An Adminiſtratores Eccleſiæ magnæ devotionis, & concurſus poſſint eleemoſynas pro miſſis celebrandis accipere, ſi iiſdem miſſis, nonniſi poſt longum tempus ſatisfacere valeant, ne aliàs cultus Eccleſiæ, & devotio, ac concurſus [illegible], ut ajunt minuatur?

Reſp. Non poſſe, niſi de conſenſu eorum, qui eleemoſynas tribuunt, ut ſuprà in reſponſione ad decimum,

Decimoquinto. Quia prohibitio dicti Decreti videtur aliquibus directa ſolis Capitulis, Collegiis, Societatibus, Congregationibus, necnon omnibus, & ſingulis Eccleſiarum, & Piorum locorum, tàm Secu[illegible]

Ee 2 quàm

quàm Regularium Superioribus, de quibus fit expreſſa menſio, non autem privatis Sacerdotibus, qui tamen comprehendi videntur ſub clauſula generali, & *aliis, ad quos pertinet*; ſupplicatur pro opportuna declaratione.

Reſpond. Comprehendi etiam privatos Sacerdotes.

Coſmus Cardinalis de Torres
Proſper Fagnanus Sac. Congr. Secr.

Aliæ Reſponſiones
Ejuſdem S. Congregationis ad quæſita Epiſcopi Tragurienſis die 6. Februarii 1627.

PRimo petebatur, An Sacerdotes habentes annuum ſtipendium, vel qui ex quotidianis eleemoſynis celebrant, poſſint duo ſtipendia recipere pro ſingulis miſſis; ex quo ſingula ſtipendia, non aſcendunt ad quinque bajocos? (unus bajochus valet unum Crucigerum.)

2. An habentes annuum ſtipendium pro celebratione miſſarum poſſint in die obitus alicujus fidelis novam pitantiam recipere, ex quo inveniri Sacerdotes non poſſint, qui non habeant annua ſtipendia, & videatur tacitus conſenſus dantis?

3. An Sacriſta, qui tenetur alio celebrare titulo; & ex uſu ſolet miſſas anniverſarias cantare, ſatisfaciat duobus titulis, attenta tenuitate pitantiæ bajocorum duorum cum dimidio?

4. An Sacerdotes, qui nulla alia obligatione in Confraternitatibus, vel in Monaſteriis Monialium celebrant, quam pro ornatu Eccleſiæ, vel ut Confratres, vel Moniales ſatisfaciant præcepto audiendi miſſam, poſſint ultrà ſtipendium, quod recipiunt à Confraternitate, vel Monialibus, aliud ſtipendium recipere?

Et Reſp. *Ad iſta quatuor quæſita, non poſſe.*

5. An habens onus celebrandi certum numerum miſſarum juxtà valorem fructuum, quos ex legatis piis percipit, teneatur ſtatim poſt receptionem fructuum celebrare, an verò habeat totum annum ad ſatisfaciendum?

Reſp. *Teneri quam primum celebrare.*

6. An recipiens ſtipendium pro miſſis Sancti Gregorii ſingulis annis ad exequendas Defunctorum diſpoſitiones, ſatisfacere teneatur, ſtatim atque receperit ſtipendium, an poſſit differre, quouſque non labatur tempus à Defuncto præſinitum?

Reſp. *Poſſe differre ad Tempus à Te[illegible] præſcriptum.*

7. An recipiens ſtipendium [illegible]andi, quando ei viſum fuerit, poſſit novam eleemosynam re[illegible]re, etiam ſi non ſatisfecerit priori obligationi.

Reſp. *Etiam ſi Sacerdos oneribus ſuſceptis, non ſatisfecerit, poſſe nova onera ſuſcipere Miſſarum celebrandarum, dummodò infrà modicum tempus poſſit [illegible]facere.*

Coſmus Card. de Torres
Franciſcus Paulus Secr.

Decretum ejuſdem Sac. Congr. Concilii
de diebus licitæ vacationis
à celebratione miſſarum.
Collenſis celebrationis Miſſarum.

MOdernus Epiſcopus Collenſis Diœceſis, viſitando comperit, non ſine maximo conſcientiarum periculo plures irrepſiſſe abuſus in adimplendo mentem eorum, qui Miſſas celebrari mandarunt: ad eos ergo tollendos diſcutiendum, atque reſolvendum videtur.

Primo, an Sacerdotes obligati ratione Beneficii, Cappellaniæ, legati, aut ſtipendii celebrare quotidie miſſam per ſeipſos poſſint aliquando à celebratione vacare? Et quatenùs affirmativè.

Secundo, quando, & quoties à dicta celebratione vacare poſſint?

Tertiò, An diebus licitæ vacationis poſſint miſſam prò ſeipſis, vel aliis præterquam prò fundatoribus celebrare? Et quatenùs affirmativè.

Quarto, An pro aliis celebrando poſſint ſtipendium prò hujuſmodi celebratione percipere?

Quinto. An illis diebus, quibus licitè vacant à celebratione tenentur miſſam ab aliis celebrari facere juxta intentionem fundatorum?

Sextò. An Sacerdotes ut ſupra obligati celebrare Miſſam quotidiè abſque tamen onere celebrandi per ſeipſos poſſint aliquando à celebratione vacare?

Die 18. Septembris 1683. S. C. Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium Conc. Trid. Interpretum ad primum, & ſecundum Reſpondit Affirmativè, concurrente aliqua rationabili cauſa. Ad tertium, quartum, & ſextum negativè. Ad quintum diſtulit reſolutionem.

Ità reperitur in regeſto autographo decretorum ejuſdem S. C. *lib.33.fol.* 311. in fidem &c. hac die 30. Maii 1699.

Loco ✝ Sigilli

F. Naptius S.C.C. *Segret.*

XI.

Decreta circa validitatem electionis Sepulturæ.

Cit.tit.3.cap.4.num.6.pag.95.

Neapolitana Electionis Sepulturæ.

Eminentiſs., e Reverendiſs. Signori. PEr evitarſi le Controverſie, che per cauſa dell'elezione della Sepoltura, e di funerali ſogliono avvenire, non ſenza ſcandalo de' Fedeli ſono l'EE. VV. ſupplicate dal Commendatore dell'Abbazia, e Chieſa

Pa-

Parochiale di S. Giovanni Maggiore di Napoli per la riſoluzione de' ſeguenti Dubii.

Primò. Se ſia valida l'Elezione della Sepoltura, che ſi fà nella preſenza del Paroco da chi è ſano, o infermo?

Secondo. Se al valore dell'elezzione della Sepoltura ſi richieda il teſtamento nell'ultima volontà, o vero baſti, che ſi eligga innanzi per altro atto publico, che non ſia teſtamento?

Terzo. Se ſia nulla eſſa elezione di Sepoltura, quando ſi elegge eziamdio per teſtamento, fatto in vita, e non in morte?

Quartò. Se chi ha Cappella di ſua Fameglia con Sepoltura propria, ò ſi compraſſe Cappella con propria Sepoltura, morendo ſenza elezzione di Sepoltura, ſi debba ſepelire nella Catedrale?

Quintò. Se ſia valida l'elezzione della Sepoltura, fatta nella preſenza di due, o più teſtimonii?

Seſto. Se l'elezzioni della Sepoltura, fatta *per nutum*, *& per ſigna* in caſo, che tal'uno, non poſſa parlare ſia valida?

Settimo. Se li Fratelli delle Confraternite ſi poſſono ſepelire nella Sepoltura della loro Chieſa, non facendoſi elezzione di altra?

Ottavo. Se l'elezzione della Sepoltura, le quali *de Jure præſumuntur*, come quella della moglie, riſpetto al Marito, de'figli, riſpetto al Padre, e loro maggiori, de'Schiavi, riſpetto a' Padroni, e ſimili, ſiano valide? che è quanto dall'EE. VV. benignamente ſi deſidera dechiarare.

Die 13. Febr. 1666. S. C. Eminentiſſimorum S. R. E. Card. Conc. Trid. interpretum.

Ad 1. *cenſuit eſſe validam, dummodo Parochus, non atteſtetur ad proprium commodum.*

Ad 2. *cenſuit, non requiri neceſſario teſtamentum.*

Ad 3. *Cenſuit, non eſſe nullam.*

Ad 4. *Non eſſe ſepeliendum in Cathedrali.*

Ad 5. *eſſe validam.*

Ad 6. *Eſſe validam, dummodo ſufficienter conſtet de voluntate eligentis.*

Ad 7. *Negativè.*

Ad 8. *Cenſuit, quatenùs electa non fuerit Sepultura, Vxorem in ſepultura ultimi viri eſſe ſepeliendam, filios in ſepulcro majorum, ſervos autem in Parochia.* Ita reperitur in Regeſto decr. lib. 25. fol. 29. ejuſdem S. C. In quorum fidem &c. Datum hac die 29. Iunii 1682.

Ita eſt *A. Altovitus S. C. Segret.* Loco ✝ Sigilli.

De-

XII.

Decretum S. *Congregationis Concilii ſuper applicatione Sacrificii a Parochis*

In Lucana

Ad tit.5. cap.6. num.5. pag. 125.

CVM præcepto Divino jis, quibus Animarum cura commiſſa eſt, mandatum ſit pro ovibus ſuis Sacrificium offerre; ſæpe aliàs S. Congregatio Concilii cenſuit, Parochos teneri pro Parochianis Sacrificium applicare, atque ea cum diſtinctione, *ut ſi redditus pingues ſint, ſingulis diebus, ſi verò tenues ſaltèm diebus feſtivis*. Idem nunc cenſet quoad Parochos iſtius Civitatis, & Diœceſis, hoc inſuper addens, *& detrectantes* E. V. pro ſuo Paſtorali zelo compellere non gravetur. Hanc Sacræ Congregationis ſententiam Em. V. ſignifico, eique manus humillimè deoſculor. Romæ 10. Maii 1681.

Humill., *& Addictiſs. Servus*
F. Card. Columna
Steph. Archiep. Brancacius S. Congr. Secret.

Ex Monacell. form. legal. tit.2. for.2. num.4. & ſeqq.

„ PArochus tenetur diebus ſaltèm Dominicis, & Feſtis de precepto Sacrificium miſſæ pro ovibus ſuis applicare, etiam ſi congruam in ſolis in certis haberet, quicquid dicant in contrarium nonnulli Theologi moderni morales blandientes Parochis, illoſque ab hoc onore eximentes, ſi tenuem habeant congruam, & incertam: Nam iſta propoſitio erronea eſt, & articulo maturè diſcuſſo, non ſemèl, ſed bis, terque illam rejicit Sac. Congreg. Concilii, cujus eſt *Concilium Trident. interpretari die* 10. *Maii* 1681. *in Lucana*, *&* 10. *Maii* 1692. *in Mileten.* 7. *Junii ejuſdem anni in reſponſione ad quartum*, *& in Cremonen.* 20. *Decembris* 1692,

„ In quarum cauſarum ſecunda, propòſito Dubio: *An Parochus celebrare teneatur*, *& ſacrificium applicare pro Parochianis in diebus Dominicis*, *& Feſtivis*, *ſivè habeat congruam*, *ſivè non*? Reſponſum fuit: Dentur Decreta: quæ referuntur *à Nicol. in floſc. Verb. Parochus num.*34., *& à Fagnan. in cap. Fraternitatem num.* 94., *&* 95. *de ſepultur.*

„ In tertia, in qua recurſum habuit Archipresbyter Roſarni à Decreto Epiſcopi, quo adſtringebatur ad applicandum Sacrificium pro Populo in omnibus Dominicis, & Feſtivis diebus, & partibus informantibus propoſitum fuit Dubium: *An Decretum Epiſcopi ſuper* ap-

,, *applicatione Sacrificii pro populo omnibus Dominicis , & Feſtivis*
,, *diebus ſit obſervandum* : Reſponſum fuit ; *Affirmativè* .

Ex Ⓢgm Monacell.tit.16.form.2.num.18., & ſeqq.

,, PArochus , ſivè Rector , qui curam habet Animarum ex Concilii
,, Tridentini Decreto *cap.1.ſeſſ.23. de reform.* Sacrificium pro ovi-
,, bus ſuis offerre tenetur ; quàm obligationem ſaltem diebus feſtivis
,, de præcepto (ſi congruam pinguem,non habeat , ſed tenuem) adimple-
,, re aſtringatur , ſæpè ſepiùs declaravit Sac. Congregat. Concilii , ad quā
,, privativè pertinet , & jus Concilium interpætandi , & obligandi ſub-
,, ditos Eccleſiæ ad obſervantiam ſuarum declarationum in utroque fo-
,, ro , quia cum ſiant auctoritate à Papa Cardinalibus tradita interpretan-
,, di Concilium , ut patet *ex Bulla Pii IV.* 81. *& Sixti V.* 74. *Bullar. to,*
,, 2. eorum decreta non differunt à lege declarata , *l. hominis;& rei §.ver-*
,, *bum ex legibus ff. de teſtam.* , & ideò non ſunt novæ leges , ſed ipſæ le-
,, ges Concilii prius obſcuræ , & dubiæ , aut malæ intellectæ , prout reaſ-
,, ſumendo fundamenta *Fagnan.in cap. quoniam de conſtitut.* explicat *P.*
,, *Felix a Poteſt.Panormit.in ſuo Exam. Eccleſiaſtic. verb. lex cap.2. qu.6.*
,, *num.2.4.cum tribus ſeqq.tom.1.*
,, Decreta autem quæ hoc firmant , relata jam fuere *in annotat. ad form.*
2.tit.2.tom.1. & in Appendic.in annot. *ad Bullam Innoc.XII. de celebr.*
,, *miſſ.num.*9. quibus hic addo recentiora videlicèt , *in Pamphilonen.* 18.
,, *Novembris* 1702. , e 31. *Maii* 1704. *in Camerinen.*28.*Junii* 1704.
,, quibus omninò parendum erit : nulla habita conſideratione ad tenuita-
,, tem congruæ Parochorum : quia excuſatio iſta ſemper fuit rejecta , &
,, exploſa . Nam ſicut qui ducit Vxorem pauperem ſine nulla , vel parva
,, dote , ſe excuſare non poteſt , nec ſe ſubtrahere ab oneribus matrimonii,
,, ut docent *Surd.de alim.tit.1.quæſt.32.num.11.Sanchez de matrim.lib.4.*
,, *diſp.26.num.21.cum aliis pluribus ab eis allegatis* ; ità qui acceptat Pa-
,, rochiam exilis redditus , tenetur onera Parocho injuncta adimplere : ar-
,, gumentum etenim à matrimonio carnali ad ſpirituale optimè concludit,
,, cum pari paſſu ambulent : & Parochus ſibi imputare debet , cum ſpon-
,, ſam Pauperem acceptaverit , P*irhing. in jus can.lib.3. tit.* 23. *num.* 19.
,, Nam volenti,non ſit injuria , & à nullo prohibebitur , ſi quis gratis velit
,, ſervire ; & voluerit propriis expenſis militare . Sed quod animadverters
,, ſupremus Eccleſiæ ſpeculator Sanctiſſimus *D. N. Clemens XI.* in admo-
,, nitionibus , quas ſingulis annis antè diem cinerum RR. Curatis , & Vi-
,, cariis Curatis, ſivè perpetuis , ſivè ad nutum amovibilibus , ſivè ſæcula-
,, ribus, ſivè Regularibus Eccleſiarum Parochialium Almæ Vrbis antè ſan-
,, ctitatem ſuam congregatis ſalubritèr facit hujuſmodi oneris zelo , quo
,, pollet adimplementum commemorat , & fortitèr injungit .

De-

XIII.

Decretum S.C.C. ſuper applicatione Sacrificii Miſſæ à Canonicis Parochis Cariatenſibus.

Cit. tit. 5. cap. 6. num. 6. pag. 125.

CARIATEN.

CVra Animarum Civitatis Cariatenſis Eccleſiæ, Cathedrali annexa antiquis Temporibus exercebatur à Canonicis per turnum, adeout oves illæ ſuum certum Paſtorem agnoſcere minimè poterint; delata hujus rei notitia ad hanc S. Congregationem anno 1647. per Epiſcopum Conzagam, reſponſum fuit ſequentibus verbis: *quoad curam animarum Eccleſiæ Cathedralis, non probarunt, ut per capitulares altèrnativè per hebdomadam exercèatur, ſed mandarunt alicui certo Canonicatui, aut Dignitati perpetuò injungi, aut Vicarium inibi perpetuò conſtitui per quem laudabilitèr exerceatur, ac ſubjectus Populus certum agnoſcat Paſtorem, quod per amplitudinem Tuam, quamprimùm factum iri, non dubitant*: In vim hujus reſpoſi, Epiſcopus ille Gonzaga octo Parochias certis finibus deſignatas erexit, illaſque perpetuò univit Dignitatibus, & Canonicatibus, cum honoribus, & oneribus ſolitis, & conſuetis, & aſſignatione decimarum unicuique eorum ex tota maſſa prò rata dividendarum privativè, quo ad alios de Capitulo, ut ex tenore decreti, quod originaliter exhibetur: Ab eo tempore uſque in præſens Canonici Cariati, nunquam Miſſam pro Populo applicarunt, eo ſub obtentu, & credulitate, quod hujuſmodi onus applicationis ſatis adimpletum remaneat per Miſſam Conventualem, quæ celebratur à Capitulo pro Benefactoribus, præſertim, quia fructus uniuſque Parochiæ vix aſcendunt ad annuam ſummam ducatorum octo, computatis etiam emolumentis incertis. Canonicus proindè Andreas Biſignani, qui unam ex his Parochiis poſſidet pro majori ſerenitate propriæ conſcientiæ humilitèr ſupplicat, ut hæc S. Congregatio dignetur declarare: *An Canonici Parochi teneantur Miſſam prò Populo applicare*? Et quatenùs affirmativè *An hujuſmodi applicatio adimplenda ſit ab omnibus Canonicis Parochis, ſive potius per turnum, ac ſi diviſio Parochiæ ſequuta minimè fuiſſet*? Ordinarius teſtatur de veritate expoſitorum, & ipſe quoque humilitèr, ſupplicat prò petita declaratione per *turnum*, ad hoc, ut Canonici Curati facilius induci valeant ad hujuſmodi applicationem, non obſtante contraria tot annorum obſervantia, ut in ſua relatione.

Die 17. Novembris 1725. S. C. Eminentiſſimorum Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum attenta relatione Epiſcopi Cariaten., quo ad præteritum benignè commiſit eidem, ut veris exiſtentibus narratis, ſupradictos Curatos, quoad præteritum ſuper omiſſione præfata prò ſuo

arbitrio, & conſcientia miſericorditèr abſolvat: *In futurum vero eadem S.C. cenſuit miſſas eſſe celebrandas, & applicandas prò Populo diebus Dominicis, & feſtis de praecepto ab octo Canonicis, ſeù dignitatibus exercentibus curam animarum, ſed per turnum.*

C. Cardinalis Origo Præfectus.

Loco ✝ Sigilli

de Lambertinis Secretarius.

XIV.

DECRETA

S. Congregationis Epiſcoporum
De mandato
CLEMEMTIS PAPÆ VIII,
lata Anno 1600.
Circa Appellationes, & Inhibitiones.

cit. tit. 11. cap. V. num. 19. pag. 68.

AD tollendas ambiguitates, & controverſias jurisdictionales, quæ inter appellationum, & prioris inſtantiæ Judices, non ſine Partium diſpendio, curſuſque juſtitiæ impedimento, & ſæpè cum ſcandalo oriuntur, Sacra Congregatio, cauſis Epiſcoporum prepoſita, facta priùs relatione SS. D. N. Clementi Papæ VIII., ac de Sanctitatis ſuæ mandato, vivæ vocis oraculo deſupèr habito in hunc, qui ſequitur modum ab omnibus, ad quos ſpectat in poſterum fieri, ac ſervari debere mandavit, & mandat.

Primò. Metropolitani, Archiepiſcopi, Primates, aut Patriarchæ in ſuffraganeos, eorumvè ſubditos, non judicent, niſi in caſibus à jure expreſſis.

Secundò. Item nec alii Superiores, etiam Nuntii, vel Legati de latere, ſpecificam facultatem majorem, non habentes, cauſas in curiis ordinariorum, vel aliorum inferiorum Iudicum pendentes ad ſe advocent, niſi per viam legitimæ appellationis ad ipſorum Tribunalia deferantur, eunque Appellantes ab inferiorum juriſdictionibus, quoad alias cauſas eximere, non poſſint.

Tertiò. Appellationes nunquàm recipiantur, niſi per publica documenta, quæ realitèr exhibeantur, prius conſtiterit, appellationem à ſententia definitiva, vel habente vim definitivæ, aut à gravamine, quod per definitivam ſententiam reparari, non poſſit, in caſibus à jure, non prohibi-

tis

tis, per legitimam perſonam, & intra debita tempora fuiſſe interpoſitam, ac proſequutam.

Quartò. Nec dum cauſa coram Inferioribus Iudicibus pendet ante definitivam ſententiam, vèl vim definitivæ habentem de gravamine illato ſuperiores cognoſcere valeant, licèt citrà præjudicium curſus cauſarum ſe id facere conteſtentur, nec ad hunc effectum liceat eis inhibere, aut ſimplicitèr mandare, ut ipſis copia proceſſus tranſmittatur, etiam expenſis Appellantis.

Quinto. Inhibitiones poſt appellationem, ſicut præmittitur receptam, non concedantur, niſi cum inſcriptione tenoris ſententiæ, aut decreti definitivi, aut vim definitivæ habentis, vel damnum, per difinitivam irreparabile, continens; aliàs inhibitiones, & proceſſus, & inde ſequuta quæcumque, ſint ipſo jure nulla, eiſque impune, non parere liceat.

Seſto. Si Appellans aſſerat, ſententiæ, aut appellationis exemplum culpa Iudicis à quo, vel Actuarij habere non poſſe, non ideò recipienda erit Appellatio, aut aliqua inhibitio concedenda; ſed eis tantum, ad quos pertinet, injungi poterit, ut ſoluta condigna mercede Actorum, exemplum authenticum Appellanti intrà brevem aliquem competentem terminum tradatur. Caveat tamèn Iudex, à quo, ne, ſi vère appellatum fuerit in caſu appellabili, interim aliquid in prejudicium Appellantis attentet, & ſi per actum publicum, aut per teſtium depoſitionem conſtiterit Acta denegari Appellanti, tunc mandato tradendi Acta poſſit Iudex appellationis adijcere, ne interim aliquid novi contra Appellantem attentetur.

Septimo. Ab exequutione Decretorum Sac. Concilij Tridentini, aut Viſitationis Apoſtolicæ, appellationes à Metropolitanis non recipiantur, nec ſi Epiſcopi virtute ejuſdem Sacri Concilij procedunt, uti Sedis Apoſtolicæ Delegati in cauſis, quæ ſub eorum juriſdictione Ordinaria non comprehenduntur, ſalva tamen in hoc caſu Legatorum, & Nuntiorum Apoſtolicorum authoritate.

Octavo. In cauſis vero viſitationis Ordinariorum, aut correctionis morum, quoad effectum devolutivum tantum admittantur, niſi de gravamine, per definitivam irreparabili agatur: Vel cum viſitator, citata parte, & adhibita cauſæ cognitione judicialitèr procedit; tunc enim appellationi locus erit, etiam quoad effectum ſuſpenſivum.

Nono. Cum à gravamine, quod per difinitivam reparari nequit, ut indebitæ carcerationis, vel torturæ, aut excommunicationis, etiam comminatæ, appellatur, non niſi viſis actis, ex quibus evidentèr appareat de gravamine, appellatio admittatur, aut inhibitio, vel proviſio aliqua concedatur.

Decimo. Cauſa Appellationis pendente, appellans in eodem quo reperitur carcere, permanebit, quoad Iudex, ad quem appellatus eſt, viſis actis, & cauſa cognita, alitèr decreverit: & tunc ſi à Judicis ad quem decreto,

vim definitivæ habente fuerit appellatum, nihil mandare, aut pro ſui decreti exequutione attentare poterit, donec per Iudicem Superiorem aliud fuerit ordinatum.

Vndecimo. Acta originalia proceſſus primæ inſtantiæ ad Iudicem appellationis Notarius mittere, non cogatur, niſi probabilis aliqua falſitatis cauſa, & ſuſpicio incidat, quæ judicialitèr objciatur; & tunc terminata cauſa, remittenda ſunt ad Ordinarium, ut in ſuo Archivio conſeruentur.

Duodecimo. Cenſura Eccleſiaſtica in appellantem prolata; relaxari, aut nulla declarari per Iudicem appellationis, non poſſit, niſi auditis partibus, & cauſa cognita; tuncque ſi conſtiterit eam juſtam eſſe, ad Iudicem, qui excommunicavit Appellans remittendus eſt, ut ab ipſo juxta Sacros canones, beneficium abſolutionis, sì humilitèr petierit, debitamque emendationem præſtiterit, obtineat: Si verò injuſtam eſſe clarè apparet, ſuperior abſolutionem impendat; ſi dubitetur, honeſtius eſt, ut ad excommunicatorem intrà brevem aliquem competentem terminum, eidem præfigendum, abſolvendus remittatur; licet etiam ſuperior hoc caſu id ipſum per ſe præſtare jure poſſit.

Decimotertio. Abſolutio ad cautelam, non niſi parte citata, & viſis actis, cum dubitatur de nullitate excommunicationis, ab homine prolatæ, vel à jure, ſi occurrat dubium facti, vel probabile dubium juris, concedenda erit; tuncque ad tempus breve cum reincidentia, & præſtita per excommunicatum cautione deſtando juri, & parendo mandatis Eccleſiæ tantum, & ſi juxta formam à jure præſcripta apparebit, quem ob manifeſtā offenſam Excommunicatum fuiſſe, debitam etiam ſatisfactionē præſtare, & ſi ob contumaciam manifeſtam expenſis pariter ſatisfacere, & cavere de judicio ſiſti coram excommunicatore is tenebitur, priuſquam ad cautelam abſolvatur.

Decimoquarto. A' ſententia definitiva, contrà verum contumacem prolata, appellatio non recipiatur, nec inhibitio, aut alia quævis proviſio, quandiù Appellans, in hujuſmodi vera contumacia perſtiterit, concedatur. Romæ in Sacra Congregatione die 16. Ottobris 1600.

DECRETA
VRBANI PAPÆ VIII.
Anni 1626.

Circa eandem materiam appellationum, & inhibitionum

DEclaratio Sacræ Congregationis Cardinalium, & Præfatorum à San. mem. Vrban. VIII. alias deputatæ, & à Sanctiſſimo Domino noſtro Innoc. X. renovatæ ſuper appellationibus, & inhibitionibus Tribunalis Auditoris Cameræ, & aliorum Tribunalium Curiæ Romanæ, in præjudicium Nuntiorum, Epiſcoporum ac Superiorum Regularium tenoris inſraſcripti, videlicet. Dubitatum fuit.

Primo. An in Tribunali Auditoris Cameræ Romanæ poſſint concedi monitio-

tiones, ſeu monitoria cum abſolutione, etiam cum reincidentia, vel ad cautelam Excommunicatis per Epiſcopos, & alios Ordinarios ex cauſa violatæ juriſdictionis, Immunitatis, vel libertatis Eccleſiaſticæ Appellantibus, vel alias recurrentibus ad ſupradicta Tribunalia.

Secundo. An in cauſis, quæ agitantur in ſupradictis Tribunalibus Curiæ Romanæ, poſſit recurſus haberi ad Sacram Congregationem ſuper Immunitate, & controverſijs Iuriſdictionalibus, pro reſolutione, vel declaratione, an ſit, vel non ſit commiſſa violatio juriſdictionis, Immunitatis, vel libertatis Eccleſiaſticæ, & an ſit locus reintegrationi hujuſmodi violationis, & interim debeant dicta Tribunalia ſuperſedere uſque ad reſolutionem, ſeu declarationem ejuſdem Sacræ Congregationis, illamque ſequi, & exequi.

Die 4. & 11. Auguſti 1626. Dubijs ſupradictis cum interventu omnium Illuſtriſſimorum DD. Cardinalium, & Reverendiſſimorum Prælatorum deputatorum maturè diſcuſſis, ac rationibus, hinc inde deductis, diligentèr ponderatis unanimi conſenſu cenſuit.

Quo ad primum, Tribunal Auditoris Cameræ, nec non alia Tribunalia ſupradicta, non poſſe hujuſmodi abſolutiones concedere, etiam cum reincidentia, vel ad cautelam.

Quo vero ad ſecundum, ut ſupra recurri poſſe: & interim ſupradicta Tribunalia expectare debere reſolutionem, ſeu declarationem, & illam omninò ſequi, & exequi.

Quibus quidem decretis eidem Sanctiſſimo die 5. Septembris ejuſdem anni 1626. plenè relatis, una cum rationibus, & auctoritatibus, ſua Sanctitas ea approbavit, & confirmavit, illaque omnia exequi juſſit, & ad hunc effectum notificata fuerunt. Et ſubinde, cùm de ſupradictis dubiis iterum actum eſſet in Congregatione habita die 27. Aprilis 1650. nemine diſſentiente, reſolutum fuit.

Auditorem Cameræ debere decreta, ut ſupra, edita, omninò obſervare, ac præcipere, ut à ſuis Miniſtris, & Officialibus exactè obſerventur.

Sequuntur additiones, ſeu declarationes Sanctiſſimi Domini noſtri Benedicti Papæ XIII. ſuper quibuſdam ex allatis Decretis, quas Sanctitas ſua, de Conſilio & voto Congregationis particularis, ab ipſamet deputatæ ſuper reformatione Tribunalium, & Congregationum, ſervandas in poſterum diſtrictè mandat, & præcipit.

Ad 2. Decretum CLEMENTIS VIII.

1. *RECipi poſſint, & dumtaxat in Tribunali Auditoris Cameræ conſtituta Reorum in cauſis primæ inſtantiæ, in quibus de pœnis corporalibus agitur, habita ratione ad titulum inquiſitionis, non verò in cauſis cenſurarum, vel ſimplicis multę, vel declarationis irregularitatis, ſivè in aliis cauſis, in quibus dicta pœna corporalis non intrat.*

2. *Regularium conſtituta nunquam recipiantur.*

Hayſ-

Hujuſmodi conſtituta fieri tantum poſſint coram alio Judice appellationis, neque in Vrbe, neque extra eam, nec etiam in Sacra Congregatione negociis Epiſcoporum, & Regularium præpoſita.

4. *Conſtitutus Reus coram* A. C. *debeat ſtatim in carceribus formalibus urbis detineri; deindè primum expediantur in ejus Tribunali literæ inhibitoriales, & compulſoriales, abſque eo quod conſtitutus juret, ſe ſuſpectum habere ordinarium, pro tranſmiſſione actorum coram dicto Ordinario; nec poſſit Reus habitari per urbem, & extra carceres formales, niſi viſis, & diſcuſsis actis, & quatenus de jure locus ſit dictæ habilitationi, audita parte offenſa, vel ejus Procuratore, ſi in Curia ſit præſens, nec non Fiſco R. C. A., & quatenus cauſa ſit cum Procuratore Fiſcali Curiæ Eccleſiaſticæ, audito Promotore Fiſcali Curiarum Epiſcopalium in Vrbe, atque inſuper facto deſuper verbo in plena Congregatione criminali A.* C.

5. *Si acta, vel non incæpta coram Ordinario, vel ſufficienter impinguata non fuerint, non communicentur Reo, ſed, eo retento in carceribus formalibus, committatur Ordinario proceſſus informativi compilatio, vel reſpectivè impinguatio, facienda expenſis Partis quærelantis, vel Fiſci Eccleſiaſtici, ſi ea non adſit.*

6. *Actis ſufficientèr impinguatis, ſervatis ſervandis, procedatur ad expeditionem cauſæ, prout de jure, audita ſemper Parte offenſa, vel ejus Procuratore, necnon Fiſco R. C. A. & Curiarum Epiſcopalium, ut ſupra, in quolibet actu; diſtrictè injungente Sanctitate ſua, ut coram ſemetipſo A. C. tractari, & expedîri faciat hujuſmodi cauſas juxta meritum juſtitiæ, ne Rei inquiſiti, forum Ordinarii declinantes in prima inſtantia, in Vrbe quærant reatuum præſidium.*

Ad 5., & 6. Decretum.

C*Um experientia docuerit, non rarò appellantibus ad Tribunal* A. C. *Ordinarios denegare copias publicas ſententiarum, vel Decretorum, & aliquando continuare actus præjudiciales contra appellantes in odium etiam appellationis interpoſitæ; Quapropter, ſi forma* decreti 6. *indiſtinctè ſervanda eſſet, ſemper, quo requiſitoriæ Judicis appellationis expediuntur, & ad manus Judicis, a quo appellatum fuit, perveniant, præſertim ſi magna ſit locorum diſtantia, prejudicia contra Appellantes cumularentur: Ideò Sanctiſſimus Dominus Noſter declarat, & denuò ſtatuit, & mandat, in aliquibus caſibus, & circumſtantiis, in quibus arbitrio, & prudentia* A. C., *& Locumtenentium, ad quos appellatio fuit interpoſita, neceſſe eſt opportunè, & ſolicitè provideri, ut prævia in Actis productione copiæ ſimplicis ſententiæ, ſeu decreti, poſſint expediri inhibitiones vigore appellationis cum inſertione ejuſdem ſimplicis copiæ*

ita

ita tamen, ut in corpore ejuſdem inhibitionis exprimatur; quod ſi ſententia, ſiuè decretum inſertum, non fuerit latum antè expeditionem literarum inhibitorialium, vel copia non fuerit conformis originali, ſententiæ, ſiuè decreto promulgato, tunc inhibitio nullatenus vim habeat, & afficiat, ſicuti præſentis decreti tenore nulla, & irrita declaratur, ut impunè ſperni poſsit, ac valeat.

Caveant autem Notarii, ne inhibitiones vigore appellationis concedant; niſi cum copia publica ad formam dictorum decretorum ſub CLEMENTE VIII., *& in caſibus particularibus cum copia ſimplici, modo tamen ſupra expreſſo, facto de his verbo cum Iudice, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio, aliiſque corporalibus, arbitrio Sanctitatis ſuæ.*

Ad 9. Decretum.

SAnctitas ſua declarat, & mandat in caſu prætenſæ indebitæ carcerationis, quatenus ſit ſequuta cum mandato Judicis verbali, ut poſsint expediri inhibitiones, vigore appellationis, conſtito tantùm de carcerati onere per publicum documentum Notarii, vel Carcerarii, ſiuè etiam cum depoſitione duorum Teſtium. In cauſis verò comminatæ injuſtę carcerationis, torturæ, vel excommunicationis, Sanctitas ſua declarat, & mandat, ut non expediantur inhibitiones generales, & indefinitæ, ſed tantum compulſoriales pro tranſmiſsione copiæ actorum ad effectum cognoſcendi, an ſit deferendum, necnè appellationi, adjuncta in dictis literis compulſorialibus inhibitione, ut interim Judex à quo ad ulteriora, non procedat: & quatenus viſis actis reſultet evidens grauamen, tunc admittatur appellatio cum inhibitione, & cauſa cognoſcatur coram Judice ad quem; ſi verò de hujuſmodi grauamine, non conſtet, remittatur cauſa ad Judicem a quo, cognoſcenda in prima inſtantia.

Ad 1., & 2. Decretum *Vrbani* VIII.

STatuit prætereà Sanctitas ſua, quod in cauſis violatæ Juriſdictionis, Immunitatis, & libertatis Eccleſiaſticæ A. C. vel alia quælibet Tribunalia Vrbis, & extra eam, nequeant appellationes admittere, inhibitiones relaxare, aut abſolutionem à cenſuris etiam cum reincidentia, vel ad cautelam, concedere, ſed recurſus, & appellationes fieri tantum poſſint ad Sacram Congregationem Immunitatis. Quod ſi in aliqua cauſa dubitari contingat, an agatur de caſu violatæ immunitatis, ſeu Juriſdictionis, aut libertatis Eccleſiaſticæ, ſuperſederi debeat in cauſa coram quolibet Judice, donec fuerit reſolutum in eadem Sacra Congregatione, an fuerit violata immunitas, juriſdictio, vel libertas Eccleſiaſtica, & an

ſit

ſit locus reintegrationi juxtà declarationem, allatam in ſupra recenſitis decretis Vrbani VIII.

Inſuper cum A. C. ex facultatibus, ſibi conceſſis, ſit exequutor omnium literarum Apoſtolicarum, vel ſolus, cum alii non ſunt deputati Executores, vel quando ſunt deputati, cumulativè cum ipſis, atque etiam ſit exequutor omnium ſententiarum, tàm in Curia, quàm extra, per quoſvis Judices prolatarum, ac tandem concedere ſoleat monitoria ſuper exequutione reſolutionum Sacrarum Congregationum, Sanctitas ſua decrevit, quod monitoria in Tribunali A.C. ſuper exequutione literarum Apoſtolicarum, non expèdiantur, niſi exhibito legitimo documento, earumdem literarum Apoſtolicarum. Quoad vero ſententias, monitoria, non concedantur, niſi prævio documento publico Actuarii Cauſæ cum legalitate Ordinarii, & quoad decreta Sac. Congregationis exhibeantur copiæ ſubſcriptæ a Secretario cum ſigillo Cardidalis Præfecti; nec poſſint hujuſmodi monitoria ſuper exequutione ſententiarum, vel decretorum aliter expediri, etiam ſi ſententiæ, & decreta publicè typis evulgata fuerint, vel in libris impreſſa referantur, & in dictis monitoriis apponatur clauſula, dummodò non vigeat lis, adhuc pendens coram Judice competenti ſuper ſententia, vel conſtitutionibus Apoſtolicis, aut decretis Sacrarum Congregationum, de quibus agitur.

Quia verò inoluit abuſus, quòd citationibus Typis impreſſis in Vrbe, cum ſubſcriptione alicujus ex Notariis A.C. quæ dicuntur Camerales, quæq; introductæ ſunt ad hoc, ut Partes abſentes a Curia citentur, ut cōpareant cor. A.C., ſeu ejus Locumtenente in judiciis exequutivis, ſeu obligationibus Cameralibus, in ejus Tribunali promovendis, utantur Curiales, & Partes in aliquibus cauſis appellationum ab Ordinariis, & etiam audeant iis uti in cauſis coram Sacris Congregationibus, adeout per intimationem in Partibus hujuſmodi citationum cum appoſitione inhibitionis, deterreantur Iudices a quibus procedere, & partes judicia continuare coram dictis primis judicibus, & Ordinariis deſinant ob reverentiam Tribunalis A. C., & fortius Sacrarum Congregationum, & ob timorem incurſus attentatorum; Ideò Sanctitas ſua mandavit, quod per intimationem dictarum citationum, & ſi in iis apponatur clauſula inhibitoria, non intelligatur ulla inhibitio facta, aut interpoſita, ita ut ſperni impunè valeat, ac debeat in quibuſcumque cauſis in Sacris Congregationibus, & coram A. C.; ſed quoad iſtius Curiam, dictæ citationes ſuam vim, prout de jure, habeant, quatenus cauſæ exequutivæ, ſeù obligationes Camerales fuerint, quæ in prima inſtantia coram eo agitari poſſint, ita quod dictæ citationes in aliis cauſis, nullo modo afficiant, neque ad comparendum arctent.

Itidem Sanctiſſimus Dominus Noſter in cauſis exemptorum, & mercedum

&

& miſerabilium Perſonarum, ſervari omninò, & diſtrictè mandat diſpoſitionem Sacri Concilij Tridentini cap. 14. ſeſſ. 7. de reformat. *privilegijs, exemptionibus, & conſuetudinibus quibuſcumque, etiam* poſt Tridentinum *à ſede Apoſtolica conceſſis, & reſpectivè introductis, non obſtantibus, quæ conciliaris diſpoſitio eſt ſequens*; In civilibus cauſis, mercedum,
„ & miſerabilium perſonarum Clerici Seculares, aut Regulares extra mo-
„ naſterium degentes quomodolibet exempti, etiam ſi certum Iudicem à
„ Sede Apoſtolica deputatum in partibus habeant, in alijs Iudicem non
„ habuerint, coram locorum Ordinarijs, tamquam in hoc ab ipſa Sede de-
„ legatis, conveniri, & prout de jure ad ſolvendum debitum cogi, & com-
„ pelli poſſint, privilegijs, exemptionibus, conſervatorum deputationibus,
„ & eorum inhibitionibus, adverſus præmiſſa nequamquam valituris.

Ad 12. & 13. Decretum *Clementis VIII.*

Quoad abſolutionem ultimatam à cenſuris ſervetur diſpoſitio ſupradicti decreti 12. Clementis VIII. *iuxta etiam Canonicam Sanctionem, quod in caſu conſtet de juſtitia cenſurarum, debeat remitti abſolutio danda ad Iudicē, à quo; ſi verò conſtet clarè de injuſtitiam, Iudex ad quem abſolutionē impendat. Si verò adſit dubietas, an fuerit iuſta, vel injuſta, honeſtius eſſet, ut ad Excommunicatorem infra aliquem competentem terminum præfigendum abſolvendus remittatur, licet etiam iudex ad quem hoc caſu id ipſum per ſe præſtare jure poſſit. Verùm quo ad abſolutiones cum reincidentia, quæ Partibus concedi ſolent à iudicibus, ad quos appellatur, ad effectum audiendi, cum inoluerit uſus tam in Tribunali A.C. quam forſan etiam in Metropolitanis alijſque Tribunalibus appellationum, quod committantur abſolutiones cuicumque Confeſſorio, ità ut Rei abſque ullo reverentia proprij Ordinarij, pro abſolutis ſe habeant publicè Sanctitas ſua ſtatuit ut in futurum hujuſmodi abſolutiones cum reincidentia, tàm in Tribunali A.C. quàm in Curiis Metropolitanis, aliorum iudicum appellationum, committantur ipſis Ordinarijs Excommunicantibus cum clauſula, ut infrà tres dies abſolvant cenſuratos iuxta commisſionem; quibus elapſis, ſi requiſitus Ordinarius abſolvere recuſaverit, vel neglexerit, abſoluantur à Confeſſario iuxta commisſionis formam, quæ in præſenti ſervatur in dictis commisſionibus abſolutionum. Quo ad verò cenſuratos in Vrbe commorantes committi debeat abſolutio Cardinali Vrbis Viaario, ſeu eius Vice gerenti, ac præfata ſervari etiam mandavit in abſolutionibus, quæ conceduntur per Congregationes, prout jam religiosè in ipſis ſervatum fuit. Declaravitque rurſus Sanctitas ſua, quod huiuſmodi commiſſiones de abſolvendo præſentari debeant Cancellario Ordinariorum, a qua præſentatione currere habeant tres dies, poſt quorum lapſum, & non data abſolutione, poſſint ab alijs abſolvi, ut ſupra in commiſſione.*

Quo adinſuper cenſuratos, mandat Sanctitas ſua, quod reportata abſolutione à cenſuris cum reincidentia, cedulones, quatenus affixi fuerint, amoveri, non debeant, ſed tantummodo tegantur, & tecti remaneant, durante termino obtentæ abſolutionis.

Cum in huiuſmodi decretis agatur de appellationibus in cauſis iudicialibus Sanctitas ſua enixè hortatur omnes Ordinarios, ut cum ipſi Patrum nomen erga ſubditos promereantur, potius quàm iudicum, caveant ne lites excitent, ſed excitatas componere curent, præſertim intèr pauperes, & miſerabiles perſonas, quas protegere precipuum munus eorum eſt. Ideoque Sanctitas ſua mandat, quod pauperibus condonentur ſportulę, & emolumenta quacumque etiam Cancellarij, & aliç quæcumque expeditiones gratis dentur, etiam copiæ Actorum, tranſmittendorum ad iudices ad quos, & quoad qualitatem paupertatis, hæc ſummariè cognoſcatur per teſtes gratis etiam examinandos, & de ea ſtetur arbitrio ipſius Ordinarij, & iudicis, seriò onerando conſcientiam Ordinariorum, & iudicum in re tam gravi, de qua ſpecialitèr Deo ipſi rationem erunt reddituri, ultrà condignas pænas contrà inobſervantes, relaxandas arbitrio Sanctitatis ſuæ, quodque decretum ſervari debeat in quacumque curia Ordinariorum, Metropolitanorum, & quorumcumque iudicum appellationum, etiam Nunciorum Apoſtolicorum, & quacumque cauſa tàm civili, quam criminali.

Similiter, ut ſatis provideatur pauperibus litigantibus, prout ſummopere Eccleſiaſticos iudices decet, Sanctitas ſua mandat in quibuſcumque ſupradictis Curijs deputari Procuratorem Pauperum, & Advocatum, qui iis aſſiſtant in quibuſcumque cauſis, civilibus, & criminalibus, viros pietate, & doctrina præſtantes cum aſſignatione alicuius mercedis, ſi poſſibile foret; & de ijs electis habeatur ratio in proviſionibus Beneficiorum, & in atteſtationibus faciendis Datariæ Apoſtolicæ, ut per Romanos Pontifices in proviſionibus haberi valeant reſpectus ad ſervitia præſtita in tam pio opere.

Itidem Sanctitas ſua quoad Tribunal A. C. mandavit inviolabilitèr ſervari reformationem Pauli Papæ V. in conſtitutione incipien. Univerſ. agri § 20. videlicet, ut pauperibus dentur gratis extractus, regiſtra, inſtrumenta, etiam publica, copiæ, & aliæ quæcumque expeditiones, & ſcripturæ tàm civiles, quàm Criminales, & oſtendantur etiam originalia Pauperum Advocato, & Procuratori ſimilitèr gratis, & abſque ulla impenſa: Et ſi quando contingerit, probandam eſſe paupertatem, teſtes ſimilitèr gratis, & ſummariè examinentur, & de paupertate ſtetur arbitrio iudicis; addito per ſanctitatem ſuam, quod in caſu gravaminis judicis, quoad paupertatem, non admiſſam recurri valeat ad Auditorem pro tempore Summi Pontificis qui debita charitate ſervari faciat, quodeque ....erit, prædictaque omnia mandat Santiſſimus ſervari in quibuſcumque curiis Urbis inviolabilitèr.

Quid

Quià in cauſis infra ſummam ſcutorum, quinquaginta monetæ Romanæ, in quibus à Iudicibus de partibus appellatur ad Vrbem, iuxtà ſtylum, & Apoſtolicas Ordinationes, non debet in Curia procedi in gradu Appellationis, ſed per viam recurſus, deputantur Iudices in Partibus; Cum ex penuria temporum videatur gravans appellantibus in cauſis etiàm ultrà dictam ſummam ſcutorum 50. *Cauſas proſequi appellationum in Curia; Ideò Santitas ſua extendit dictam ſummam ſcutorum quinquagintà monetæ, uſque ad centum eiuſdem monetæ Romanæ, itaut ſi Summa Cauſæ non ſit ultra quantitatem ſcutorum centum, ut ſupra, cauſa non dicatur curialis, & appellabilis per viam appellationis, ſed tantum deputandos eſſe Iudices in partibus, qui procedant per viam recurſus, quorum deputatio fieri debeat per Tribunalia Vrbis, ad quæ pertinet.*

Mandat rurſus Sanctitas ſua, ut in cauſis mercedum miſerabilium perſonarum, recurſus, & appellationes reſpectivè non admittantur à quacumque Iudice appellationum, niſi in devolutivo pro rata ſcutorum quinquaginta monetæ Romanæ, & ultrà dictam ſummam admitti debeant in ſuſpenſivo, vel devolutivo, prout juris eſt, firmis tamèn remanentibus Apoſtolicis ordinationibus, ſtylis, & privilegijs, quæ forſan exiſterent in Tribunalibus Vrbis, & diſtrictus eiuſdem, in quibus nihil innovari intendit.

Demum ad conſervandam debitam reverentiam Pontificali dignitati, Alexander Papa IV. Decretalem edidit relatam in cap. Quia Pontificali, d. Offic. & Poteſt. Iudic: deleg. in 6. ibi *Quia Pontificali dignitate præ-*
" *ditis ob reverentiam Sacri officij plurimum deferri convenit, & eos plus*
" *alijs honerari decet, ut cum à Iudicibus, uel conſeruatoribus à Sede Apo-*
" *ſtolica deputatis contrà eos ad coactiones aliquas, ſive penas fuerit proce-*
" *dendum, gradus, et modeſtia in bujusmodi proceſſu ſervetur, ità quod, eis*
" *quadam contigna reuerentia ſupportatis, ingreſſus primò ipſius Eccleſiæ*
" *uèl Sacerdotale interdicatur miniſterium, ac deindè ab officio ſuſpendan-*
" *tur, & ſubſequenter aggravetur cenſura Eccleſiaſtica contrà eos, niſi for-*
" *tè alitèrfieri ſuaſerit nimia contumacia, protervitas, ſivè culpa. Hanc itaque decretalem Sanctitas ſua inviolabilitèr ſervari mandavit in quibuſcumque* Curijs *Iudicum appellationum tam* A.C., *quàm Metropolitanorum, & etiam Nunciorum, Apoſtolicorum, & aliorum quorumcumque.*

F.A.Archiepiſc. Epiſc. Abellinen., & Frequentinus
Sacrj Concilij Secretarius,

X V
TASSA VNIVERSALE

Da oſſeruarſi nel Foro da ſuoi Miniſtri, come pure da RR. Parochi, Vicarj Foranei, & Eſecutori.

cit. tit. 9. cap. 1. num. 15. pag. 154.

Ordini Minori, e Maggiori, e Cauſe Beneficiali.

Le ſpedizioni, che concernono gl'Ordini Minori, ò Maggiori douranno regolarſi ſecondo viene diſpoſto colla Taſſa Innocenziana; E lo ſteſſo ſi dice riſpetto à gl'emolumenti per la collazione de Benefizj, ò loro iſtituzione.

Cauſæ Matrimoniali.

PER il Decreto, ò licenza *de contrahendo nihil*, mà per l'Eſame de Teſtimonii, e principali, come per tutti gl'altri atti ſecondo la qualità della fatica, non debba però eccedere al Cancelliere l'emolumento di carlini otto, e mezzo.

E domandandoſi l'acceſſo per l'eſame de Teſtimonij, ò Principali dourà queſto regolarſi, come ſta detto per l'acceſſo nelle cauſe criminali, e ciuili.

Nelle diſpenſe ſopra gl'impedimenti Matrimoniali in virtù di Lettere Apoſtoliche per il decreto, ò ſentenza *nihil*; mà per tutti gl'altri atti, Eſame di Teſtimonii, e ſcritture, ſe così portarà la qualità della fatica, non dourà eccedere al Cancelliere *un Scudo di Moneta Romana* ò l'equivalente.

Per le lettere Teſtimoniali dello ſtato libero, ò che, non vi ſia canonico impedimento, compreſivi tutti gl'atti, & Eſami di Teſtimonii, e principali nè meno eccederà al Cancelliere la *detta ſomma*.

Per tutti gl'atti, e ſcritture di poſticipazione di penitenza ingionta nelle diſpenſe Apoſtoliche, quando vi ſia lettera del Sig. Cardinal Prodatario al Sig. Vic. Gener. *carlini otto*, & al Canc. *cinque*.

Le cauſe contentioſe trà coniugi ſopra la validità del matrimonio, ò vero ſopra la ſeparazione del Toro, come anche ſopra la validità, ò invalidità de ſponſali, ſi devono trattare, come cauſe mere civili, e Profane.

Per l'atto della diſſoluzione de ſponſali venendo li ſpoſi in curia à dare il loro conſenſo per la diſſoluzione al Canc. *grana venti*.

Per il Decreto di diſſoluzione, & *quod tollatur impedimentum*, ò pure *non obſtare quintum gradum*, quando ſia ſtata fatta oppoſizione, e per eſſa ſiano ſtati fatti atti ad inſtanza di parte al Vic. Gener. *carlini quattro*, & al Canc. *due*.

Per

Digitized by Google

Per il Decreto, e licenza di contrarre *pro impuberibus, ſi malitia ſuppleat ætati* con cognizione di cauſa al Vic.Gen.*carlini quattro*,& al Canc.*trè*

In reliquis ſervetur taxa innocentiana

Cauſe Criminali

PER qualſivoglia mandato di Procura, che ſi fà pœnes acta al Canc.*gr.dieci*, e lo ſteſſo per la ſua ſoſtituzione.

Ed occorrendo, che il Cancelliere debba condurſi in caſa di qualche perſona, oltre dell'atto ſe gli debbano altri *carlini due*.

Per preſentata di mandato di Procura,ò fede di eſſa, ò ſua ſoſtituizone, come pure per preſentata di qualſivoglia ſcrittura publica, ò autentica, articoli,interrogatorii, ò inſtanza per parte de reo al Canc.*gr.dieci*.

Per preſentata di ſcrittura privata,ò replica à qualſivoglia inſtanza al Canc. *gr.cinque*.

Per il Decreto, *quod capiatur informatio* ad inſtanza di parte al Vic. *gr. quindeci*,e *cinque al Canc.*

E dovendoſi ad iſtanza di parte fare acceſſi per il viſum, & repertum dovrà in queſto regolarſi l'emolumento dell'acceſſo, ſecondo ſi dirà appreſſo, e per l'atto del viſum,& repertum ſecondo la qualità della fatica.

Per la citazione ad Teſtes ad inſtanza di parte al Vic. *gr.cinque*, e *dieci al Canc.*

Per le Lettere comiſſionali, per l'eſame de Teſtimonj *in partibus ad defenſam* al Vic. Gener. *un carlino*, & al Canc.*due*

Per la depoſizione di ciaſcun teſtimonio *ad defenſam*, eſſendo cinque articoli al Canc.*gr.dieci*, & eſſendo più per qualſivoglia articolo al medemo *un grano*, & *ſuper repetitione cum interrogatorijs*, per ogni interrogatorio allo ſteſſo *gran. uno*.

E chiendendoſi l'intervento del Vic. Gener.ò altro Miniſtro al medemo per ogni teſtimonio *carlini quattro*,& al Canc.*gr.quindici*.

Per qualſivoglia acceſſo ad inſtanza di parte tanto nelle cauſe Criminali, che nelle cauſe civili nell'abbitato del luogo della reſidenza al Vic. *un docato*, ed al Canc.*là metà*. Fuori l'abitato al Vic. *carlini quindici*,ed al Canc.*sei*, Ed occorrendo farſi per qualche luogo della Dioceſi il doppio, lò che s'intende anche per gl'acceſſi, che occorreſſero farſi per ſequeſtri, ò altri atti,che per loro natura ad inſtanza di parte lò richiedeſſero.

Per là publicazione, monizione, citazione *ad ſententiam*, e per qualſivoglia altro Decreto interlocuterio,poſſa occorrere per gl'atti Ordinatorj ad inſtanza di parte al Vic.*gr.quindeci* & al Canc.*cinque*

Per l'atto del giuramento di calunnia, e pleggiaria delle ſpeſe al Canc. *carlini trè*.

Per la copia de conſtituti, e reperti al Canc.*grana cinque* al foglio, ſcritto

dall'

dall'una, e dall'altra parte,e che ogni facciata abbia almeno verſi *diciotto, e cinque parole*.e la ſteſſa mercè dourà regolarſi per tutte le altre copie di Scritture di Cancellaria,anche nelle cauſe civili.

Per la perquiſizione della Curia al Canc.*gr.venti*.

Per l'atto della remiſſione, ò eſcolpazione al Canc.*gr.uenti*; Ed occorrendo farſi acceſſi per detto effetto al medemo altre *gr.uenti*.

Per qualſivoglia Decreto di abilitazione,anco dalle carceri pendente il Proceſſo al Vic.*carlini quattro*, e *trè al Canc*.

Per l'obligo di fideiuſſione, *& de tenendo Domum, Palatium, aut Ciuitatem loco carceris*,benche prima ſi pagaſſero docati quattro, e mezzo,reſta moderato à pagarſi al Canc.*un ducato*.

Per il mandato de capiendo ad iſtanza di parte al Vic,Gener.*un carlino*, & al Canc. *gr.cinque*.

Per qualſivoglia contumacia, e ſuo atto al Canc.*gr.cinque*.

Per il Decreto di condanna alla pena della contumacia, e ſempre s'intende ad iſtanza di parte al Vic.*carlini trè*,& al Canc. *uno*.

Per le lettere eſecutoriali al Vic.*carlini due*, & al Canc. *uno*.

Per il Decreto, col quale ſi ammette il reo *ad ſe preſendandum poſt contumaciam* al Vic.*carlini cinque*, e la *metà* al Canc.

Per il Decreto,*quòd concedatur petita copia Proceſſus* al Vic. *un carlino*, ed al Canc.*gr.cinque*.

Per il Decreto, *quòd oppoſitis non obſtantibus procedatur ad ulteriora*,quando vi ſia eſame di articolo ad inſtanza di parte al Vic. *carlini trè* & al Canc. *due*.

Per il Decreto aſſolutorio in cauſe leggieri al Vic. *carlini cinque*, e *due* al Canc. dov'entra là pena del carcere, ò vero la pecuniaria, ò arbitraria al Vic. carlini *ſette*,e *tre* al Canc.; E nelle cauſe di relegazione,ò dove poſſa avere luogo la pena della Galera al Vic.*docati quattro*,ed al Canc.*carlini cinque*.

E lo ſteſſo emolumento puole prenderſi per qualſivoglia decreto di condanna ad iſtanza di parte, come ſi è detto di ſopra; per i Decreti d'aſſoluzione reſpettivamente.

Per il Decreto di tranſazione *infra ſummam Ducatorum quinque* al Vic. *carlini due*, & al Canc. *uno*. ſino alla ſomma di docati dieci al Vic. *carlini cinque*, & al Canc. *due*.Sino à quella di docati venticinque al Vic.*carlini ſette*, & al Canc. *grana venticinque*. E ſino à qualunque altra ſomma al Vic. *docati duē*, ed al Canc. *carlini cinque*.

Nelle cauſe criminali delegate dalle S. Sede puole riſcuoterſi il doppio degl' emolumenti di ſopra taſſati.

E nelle cauſe, nelle quali debba eſſer inteſo il Promutor Fiſcale, dourà il Sig. Vic.Gener. taſſare li ſuoi Emolumenti, che mai douranno eccedere il terzo del ſuo tangente, e meno così portando là qualità degl'atti, quando in queſta,non ſia taſſato.

Cauſe

Cauſe Civili.

PEr preſentata di qualſivoglia inſtanza, ſua replica, ſcrittura privata, articoli, ò interrogatorj al Canc. *gr.cinque*; Mà ſe fuſſe ſcrittura publica, ò Inſtromento *un carlino*.

Per il Decreto, quòd intimetur parti, e per qualſivoglia altro Decreto interlocutorio, ò conceſſione di termini, publicazione, ò concluſione in cauſa, e reſcritti ne memoriali al Vic.*gr. dieci*, ed al Canc.*là metà*.

Per il mandato giuſtificato colla clauſola *verum*, ò citazione adverſus expoſita al Vic. *un carlino*, & *un altro* al Canc.

Per il Decreto, *quòd capiatur informatio* nelle cauſe ſommarie al Vic. *un carlino*, ed al Canc.*là metà*.

Per qualſivoglia atto dimandato di procura, ò ſua ſoſtituzione, che ſi fà in Curia al Canc. *gr. dieci*. Et occorrendo à tal'effetto farſi dal Canc. l'acceſſo altri *carlini due*.

Per il Decreto di commiſſione di cauſe in tutto, ò in parte al Vic. *gr. quindici*, & al Canc. *gr.cinque*.

Per le lettere commiſſionali *cum inſerta forma* al Vic.un carlino, ed un altro al Canc.. *Et abſque inſerta forma Decreti* al Canc. *un carlino*, ed al Vic. *là metà*.

Per qualſivoglia monizione, che ſi fà alle parti in voce *un grano*.

Per l'atto della pleggeria delle ſpeſe, e giuramento di calunnia al Canc.*carlini trè*.

Per là citazione *ad teſtes*, e ſua requiſitoria al Canc. *un carlino*, ed al Vic.*là metà*.

Per le lettere commiſſionali *pro examinandis teſtibus* al Vic. *un carlino*, & al Canc. *due*.

Per l'eſame di qualſivoglia teſtimonio al Canc. *gr.cinque*, e paſſando gl'articoli il nùmero di dieci *ungrano* di più per articolo. Mà intervenendovi il Vic. al medemo *carlini tre*, ed *uno* al Canc.. E paſſando gl' articoli il numero di dieci al Vic. *gr.due* per articolo, ed *uno* al Canc., e lò ſteſſo dovrà pagarſi per ogni interrogatorio.

Per là viſura del proceſſo in Banca gr. cinque al Canc. e fuori di Banca *un carlino*.

Per il primo Decreto in contumacia al Vic.*gr.uenti*, e *cinque* al Canc.E per il Decreto *purgationis contumaciæ* ſimilmente *gr.uenti* al Vic., e *là metà* al Canc., oltre alla curia per là contumacia *un carlino*.

Per cercatura di proceſſo *un carlino* al Canc.

Per riproduzione di Proceſſi, ò ſia unione di altri atti al Canc. *carlini trè*.

Per il Decreto, *quòd oppoſitis non obſtantibus procedatur ad ulteriora* con eſame di articolo al Vic. *gr.uenti*, ed al Canc.*là metà*.

Per il ſtudio del Vicario, quando *compilato proceſſu* debba eſaminarſi articulo di iuſto ſopra là ſomma di docati venticinque ſino à quella di cin-

quan-

quanta *carlini dieci*, e dà in sù fino à qualſivoglia ſomma , come pure nelle cauſe, le quali *non recipiunt pretij extimationem carlini uenti*.

Per qualſivoglia ſentenza, Decreto diffinitivo, ò che abbi forza di Decreto diffinitivo ſino alla ſomma di docati venticinque al Vic.*carlini dieci* , e *quattro* al Canc. Dalà fino à quella di Docati cento al Vic. *carlini quindeci*, e *cinque* al Canc. E di quà in sù ſino à qualunque ſomma, come pure nelle cauſe, che non ricevono ſtima di prezzo, come ſono la cauſe di ſervitù, giurdizionali, e ſimili al Vic.*carlini trenta*, e *ſei* al Canc.

Per la copia de Proceſſi , e ſcritture, ſi oſſervi, come ſi è detto di ſopra per le cauſe criminali.

E dovendoſi fare collazione di ſcritture, in oltre potrà riſcuoterſi per ogni dieci carte di collazione *gr.trè* da dividerſi tra quelli , che fanno la collazione, trattandoſi di Proceſſo voluminoſo.

Per l'eſtratta di qualſivoglia ſcrittura, e proceſſo al Canc.*gr.dieci*.

Per la legalità di qualſivoglia ſcrittura, ò proceſſo al Canc. *gr.venti* al Vic. *la metà* .

Per il mandato de parendo cum inſerta forma decreti al Vic. *carlini due*, & *gr.quindeci*. al Canc.

Per le lettere eſecutoriali, ò de immittendo al Vic. *carlini due* , & al Canc. *la metà* .

Per le lettere teſtimoniali *tranſmiſsionis proceſsus* al Vic. *un carlino*, ed al Canc. *la metà*.

Per l'apertura del Proceſſo de partibus al Canc. *gr.quindeci*.

Nelle cauſe delegate dalla S. Sede ſempre il doppio

Per qualſivoglia atto, & obligo pænes acta al Canc. *gr.quindeci*

Per l'incuſa dell'obligo *pænes acta* , & Decreto , *quod ſolvat vigore obligationis* al Vic. *carlini cinque*, e *quattro* al Canc.

Per liquidazione di poliſa bancale in tutto al Vic. *carlini ſei* , e *ſette* al Canc. ; mà ſe la ſomma ſarà di docati ſei, & infra *la metà* ; E non eſſendo ſpedito il mandato eſecutivo ſi paghino gl' atti pro rata.

Per le lettere eſecutoriali in virtù d' inſtrumento liquidato ſino alla ſomma di docati cinquanta al Vic. *carlini due*, e *la meta* al Canc. ſino a quella di docati cento al Vic. *carlini tre* , e *due* al Canc. , e di qua ſino à qualunque altra ſomma al Vic. *carlini ſei*, e *quattro* al Canc.

Per qualſivoglia Decreto in virtù d' inſtrumento liquidato , col quale reſti libero, ò condennato il debitore al Vic. *carlini quattro*, e *due* al Canc.

Nelle cauſe civili di docati cinque , & *infra* per qualſivoglia atto al Canc. *un carlino*, & al Vic. dovendo decretarci diffinitivamente *carlini trè*.

Per l'éditto *contra intereſſe prætendentes* ad inſtanza di parte in cauſe beneficiali al Vic. *carlino uno*, & *un* altro al Canc.

Per l'atteſtato della ſua affiſſione al Canc. *gr.cinque*

per

Per l'atto della preſentazione al Beneſizio al Canc. gr. *dieci*

Per l' incuſa delle contumacie al Canc. *un carlino*; *ed un altro al* Vic. per il Decreto delle contumacie.

Per qualſivoglia decreto, monizione *ad dicendum*, *vel ad ſententiam*, ò altro, che occorra per gl' atti ordinatorij al Vic. *un carlino*, *e la metà* al Canc.

Per l'Eſame d' ogni teſtimonio ſi oſſervi, come ſi è detto di ſopra nelle cauſe civili, ſia coll' intervento del Vic., ò ſenza di eſſo reſpettivamente.

Lo ſteſſo, che ſi è detto per le cauſe civili, dourà oſſervarſi in queſta per l' emolumento douuto per le preſentate delle ſcritture.

Per la perquiſizione della curia, ſua fede, e cercatura al Canc. *gr. venti*.

Per unione di atti, e Proceſſi, ò ſia riproduzione di eſſi, loro cercatura, e preſentata al Canc. *carlini trè*.

Per la ſentenza dell'inſtituzione al Vic. *carlini dieci*, *e quattro* al Canc.

Per il mandato de immittendo cum inſerta forma al Vic. *carlini ſei*, *e quattro* al Canc.

E per il poſſeſſo, ſuoi atti, acceſſi, e ſcritture *ſervetur taxa innocentiana*.

Per l'oſſervatoria di lettere commiſſionali, inibitoriali, conſervatoriali, e monitoriali di Superiori maggiori, e loro regiſtro al Vic. *carlini due*, *e tre* al Canc.

Varie Spedizioni

Per lettere patentali di economato, ò coadiutoria di qualſivoglia Chieſa, anche ſe fuſſe Parochia al Canc. *carlini due*.

Per il Decreto, *quod admittatur ad concurſum ſia* di qualſivoglia Parochia *nihil*, e ſi permette.

Per la perquiſitione della Curia al Canc. *carlini due*; E lo ſteſſo per l' eſame di due teſtimonij *ſuper vita*, *& moribus*, come pure l' emolumento per la preſentata della Bolla dell'ordine, come ſi e detto nelle cauſe civili

Per il Decreto *quod nihil tranſeat* ad in ſtanza di parte al Vic. *carlini due*, *e la metà* al Canc.

Per la licenza alli Eccleſiaſtici di eſaminarſi coram Iudice Laico citra pœnam ſanguinis al Vic. *un carlino*, e la *metà* al Canc.

Per la licenza alli Eccleſiaſtici di eſaminarſi coram Judice Laico in civilibus al Vic. *carlini uno*, ed al Canc. *la metà*; & in criminalibus ad defenſam al Vic. *carlini due*, & al Canc. *gr. cinque*.

Per il primo precetto, *quod ſub pœna excommunicationis deponat teſtimonium veritatis remoto omni odio* al Vic. *un carlino*, ed al Canc. *la metà* E replicandoſi detto Precetto per la ſteſſa cauſa *la metà*.

Per il Decreto, quod fiat fides veritatis *nihil*

Per la licenza d'aprir ſcuola incluſivi tutti gl' atti, cioè Decreto, quod capiatur informatio, Eſame di Teſtimonj, perquiſizione di banca, preſentata di ſcritture, ed altro al Canc. *carlini cinque*, ed al Vic. *quattro*, e con-

concedendoſi *ad tempus* per la proroga *nihil*.

Per le Patenti di Officiali, e Curſori, *carlini cinque* al Canc.

Per li Monitorj conſervatoriali di beni di Chieſa, ò di Eccleſiaſtici per tutte le Scritture, poſſono occorrere, anche preſentate di eſſe, e copia *cum inſerta forma* al Vicario *carlini cinque* ed ad Canc. *il doppio*, *e due* al Promotore.

Per la Conceſſione del braccio per l'eſecuzione di Monitorij, e decreti di Giudice di altra giuriſdizione al Vic. *due carlini*, e *la meta* al Canc.

Per le lettere Teſtimoniali di Batteſimo, Matrimonio, e morte, che non ſi ritrovaſſe regiſtrata al libro Parrocchiale, compreſi tutti gl' Atti, Decreto, ed eſame di Teſtimonii al Vic. *carlini due*, e *tre* al Canc. & *uno* al Promotore.

Per ſentenza, ò ſia Decreto, e licenza di cenſuare, ò alienare beni di Chieſa incluſivi tutti gl' Atti *auctoritate ordinaria* al Vic *carlini dieci*, *e tre* al Cãc. e *uno* al Promotore, ſalvò però l'emolumento dovuto per l'acceſſo, quando ſia biſogno andare *ſuper faciem loci*, che dovrà regolarſi, come s'è detto di ſopra.

Per ſorrogazione d'altri beni, ò beneficij in luogo del Patrimonio compreſici tutti gl' atti, cioè preſentata di Scrittura, eſame di Teſtimonii, e Decreto al Vic. *carlini quattro*, e *nove* al Canc., & *uno* al Promotore.

Per il Decreto, e licenza d' obligare beni patrimoniali, o diſtraere li medeſimi, ſecondo la qualità degl'atti, e fatica, ma che non debba paſſare per tutti gl'Atti al Vic. *carlini quattro*, al Canc. *cinque*, & *uno* al Promotore.

Per le lettere monitoriali *pro revelationibus carlini due* al Canc. compreſici tutti gl'atti, ed eſami.

Per la depoſizione di qualſivoglia teſtimonio, che rivela *panis acta* al Canc. *un carlino*.

Per il Decreto. *quod concedatur petita copia revelationis*, reſta moderato, che ſi diano al Vic. *carlini due*, ed *uno* al Canc.

Per il Decreto di abilitazione di giuramento, benche ſi domandaſſe da più perſone per tutti gl'atti, purche ſia per la ſteſſa cauſa al Canc. *carl. trè*.

Per apertura di Caſſette, e collazione di Reliquie di Santi in luogo più decoroſo ſi permette per l'iſtrumento dell'apertura, collazione, e ſua autentica poſſa prendere il Canc. *carl. cinque*, ed occorrendo eſaminar teſtimonii *un carlino* per teſtimonio.

Per la licenza d'accettar Legati, ed altre pie diſpoſizioni per tutti gl'atti, che poſſono occorrere carlini quindeci, cioè *quattro* al Vic. *otto* al Canc. e *tre* al Promotor Fiſcale.

Per l'approvazione de' Capitoli, e regole per tutti gl'atti venendo richieſta da qualſivoglia Communità al Vic. *carlini trè*, e *due* al Cancelliero, ed *uno* al Promotore.

Per l'eſecuzione di reſcritto, ed ordini della S. Sede al Canc, *un ſcudo* di moneta

neta Romana, o l'equivalente per tutte le Scritture, atti, e fatiche, a riſerva ſe biſognaſſe fare acceſſi, che dovranno regolarſi come ſopra.

Per la licenza à gl'Eccleſiaſtici *de diſcedendo nihil*.

Per le lettere Teſtimoniali ſopra la vita, e coſtumi, di non eſſere inquiſito, di idoneità, così per l'eſame de'Teſtimonii, come per la perquiſizione della Banca, e per ogn'altra Scrittura neceſſaria al Vic. *un carlino*, ed al Canc. *quattro*.

Per gl'atti, ed atteſtato di ſopravivenza, Eſame di Teſtimonii, e Decreti in tutto al Vic. *carlini tre*, e *due* al Canc.

Per gl'atti di aſſoluzione da qualſivoglia cenſura con reincidenza al Vicario *carl. due*, ed al Canc. *grana* 15.

Per l'atto dell'obligo *de parendo mandatis Eccleſiæ* al Canc. *gr.* 20.

Per l'aſſoluzione dalle cenſure, e Decreto *nihil*, ma al Canc. *carl. tre*.

Per l'atto dell'obligo *de non committendis ſimilibus* al Canc. *gr.* 20.

Salvo eo, quod in ſimilibus cauſis debetur pro reintegratione partis læſæ, vel immunitatis, aut loci læſi, ac pro actis Curiæ, ut ex Decreto S. C. in majori con. 14. April. 1674. apud Monacell. p. 3. in Prælud. n. 87.

Atti da ſpedirſi ſenza Emolumento:

Tutti quelli occorrono farſi in cauſe di Religione, ò che chiamano di S. Vfficio, e per il foro penitenziale ad formam Taxæ Innocentianæ.

Per il *Promotor* Fiſcale, ed ad iſtanza di *Poveri*, e Miſerabili.

Per la Menſa Veſcovale. Gl'atti della S. Viſita à riſerva delle mercedi dovute per le copie ſecondo la Taſſa di ſopra, quando le parti le richiedeſſero, e tutti gl'atti, che così vengono ordinati colla Taſa Innocenziana.

Parochi, *e Vicarj Foranei*

NElle cauſe, nelle quali procedono colle loro facoltà ordinarie *la metà* di quello eſigge la Curia, e nelle cauſe delegate *lo ſteſſo*, che ſi paga nella Curia.

Per denuncie matrimoniali, e di Ordini, Atteſtati, e Depoſizioni di Teſtimonii, e principali, e quanto occorre in dette coſe, & altre materie ſpirituali, ſi oſſervi la Taſſa Innocenziana.

Per la publicazione de'Monitorii *ad effectum revelandi* un carlino per volta; *un'altro* per il diloro atteſtato, e per la fulminazione *carlini trè*.

Carſori, *e Servienti*.

PEr qualſivoglia citazione in Città *grana due*, e fuori di Città *grana cinque*, purche la diſtanza del luogo non meritaſſe ſpeciale conſiderazione

zione, che ſi rimette al arbitrio de'Miniſtri del luogo reſpettivamente.

Per l'eſecuzione reale *grana tre*, e fuori di Città il *doppio*, quando la diſtanza del luogo per il viatico, non meritaſſe diverſamente, come ſopra.

Per la cattura in Città *carlini due*, fuori di eſsa *carlini cinque*, oltre de viatico quando debba farſi per li luoghi della Dioceſi.

Per il portello, che chiamano *carlini cinque*.

Per il viatico andando ſervendo il Signor Vicario Generale, ò altro Miniſtro *carlini due, e mezzo* al giorno, oltre le ſpeſe, ed *il doppio* nelle cauſe de legate.

Per l'aſſiſtenza all'acceſſi d'Inventarj ad arbitrio del Miniſtro *pro mora tẽporis*.

Per affiſſione di Editti, Monitorj, e ſcritture ad iſtanza di parte in Città *grana tre*, fuori di eſſa *il doppio*, e per i luoghi della Dioceſi anche *il viatico*, come ſopra.

E così moderata riformata, e come ſopra ſteſa la preſente Taſſa, inteſe ſopra eſſa perſone prattiche del Tribunale, e viſte le Taſſe antiche vogliamo, che la medeſima inviolabilmente ſi oſſervi da tutti reſpettivamente. Datũ Cariati tempore celebrationis noſtræ primæ Diœceſanæ Synodi die 18. Martii 1726.

Jo: Andreas Epiſcopus Cariatenſis, & Geruntinus.

XVI.

Epiſtola Sacræ Congregationis Concilij ad Epiſcopum Cariatenſem, & Gerontinen. pro facultate reducendi onera Miſſarum.

Cit. tit. 9. cap. 6. pag. 158.

Reuerendiſs. Domine uti Frater. PRecibus Ampl. Tuæ ſupplicantis pro facultate reducendi miſſarum onera annexa Beneficiis, Capellaniis, Eccleſiis, aliiſque locis piis iſtarum Cariaten., & Gerontinen. Diœceſum, attenta deterioratione Bonorum pro eiſdem oneribus adimplendis relictorum, benignè annuentes Eminentiſſimi *PP.* Sacræ Congregationis Concilii eidem committendum eſſe cenſuerunt, prout præſentibus committunt, ut præfata miſſarum onera, quę *taxativè*, non autem *demonſtrativè* concepta erunt juxtà infraſcriptam inſtructionem pro interanti quantitate redituum cujuslibet Beneficii, Capellaniæ, aut legati, ad rationem eleemoſynæ manualis, inſpecto regionis more, pro ſuo arbitrio, & conſcientia gratis moderetur, atque reducat, cum clauſula tamen, *quod in caſu augumenti reddituum augeri quoque debeat numerus miſſarum*, quod in actu præſertim viſitationis inſpiciendum erit ab Ordinario pro tempore. Quomodò autem ſe gerere debeat in hujuſmodi reductione, iidem Eminentiſs. *PP.* Ampl. Tuę notificandum duxerunt, quod maturè penſatis, ac perlectis diſpoſitionibus, &

Fun-

Fundationibus quibuſcumque, quibus prælata miſſarum onera annexa reperiuntur (exceptis inſtrumentis, ſeu contractibus, ſuper quibus Sac. Congregatio nihil decernere intendit, & Ampl. Tua manus apponere non debeat, niſi in caſu judicialis inſtantiæ pro illorum reſciſſione titulo læſionis) illa legata, ſeu Fundationes erunt *taxativè* concepta, ſi Fundatores legando, aut aliquo modo diſponendo orationem, ſeu diſpoſitionem priùs inchoaverint ab aſſignatione fundi, & ſubindè miſſarum onus adjecerint, & hoc caſu Ampl. Tua hujuſmodi onus moderari poſſit ad rationem eleemoſynæ manualis, ut ſuprà; ſecus verò ſi Fundationis orationem, ſeu diſpoſitionē incœperint ab impoſitione oneris, & ſubindè fundum aſſignaverint, tunc enim onus dicitur *demoſtrative* conceptum, & Fundatorum hæredes per Ampl. Tuam cogendi ſunt ad perpetuam dicti oneris manutentionem, & ad ſupplendam ſummam deficientem, tàm pro præterito, quàm pro futuro tempore. In caſu verò, quod factis judicialibus, & poſſibilibus diligentiis etiam per edictum ſub pœna cenſurarum, vel hæredes cogendi, vel fundatorum bona, aut fundationis ipſæ non reperiantur, ſuper quibus Sacra Congregatio Ampl. Tuæ conſcientiam vult oneratam, tunc & eo caſu poſſit Ampl. Tua onera ipſa reducere ad eam rationem eleemoſynæ manualis; ut autem in futurum cautius, & diligentius procedatur, tùm in adimplendis jam fundatis, & acceptatis oneribus miſſarum, tùm in eiſdem in poſterum acceptandis, ſeu fundandis jidem Eminentiſs. *PP*. Ampl. Tuæ committendum duxerunt prout hiſce committunt, ut ſtrictè injungat obſervantiam Conſtitutionum fel. me. Innocentii XII. ſuper celebratione miſſarum. Hæc innoteſcere volumus Ampl. Tuæ, ut S. Congregationis ſententiæ, ſe conformet, diùque valebit in Domino Romæ 9. Februarii 1726.

Vti frater

Amplitudinis Tuæ — *C. Cardinalis Origo Præf.*

Cariaten, & Gerontinen. Epiſcopo — *C.* Archiep. Maced. Secr.

XXVIII.

Decretum S. C. C. in cauſa pretenſi Vicarij Generalis Gerontinenſis Gerontin., ſeu Cariaten.

POſt factam à Sede Apoſtolica unionem duarum Eccleſiarum Cathedralium Geruntinen. & Cariaten. moremque introductum, quod Epiſcopi pro tempore dictarum Eccleſiarum unitarum, ut plurimum reſidentiam explerent in Diœceſi Cariaten, excitatæ fuerunt nonnullæ controverſiæ; propoſitiſque in Congregatione habita die 11. Septembris 1706. inter alia duobus dubijs *An, & quomodo Epiſcopus teneretur reſidere in Cathedrali Geruntina, item An Epiſcopus teneretur deputare Vicarium Generalem pro Diœceſi Geruntina*. Reſponſum fuit die 2. Octobris 1706.

modo ſequenti *Epiſcopum non teneri*, *ſed ſaltem in aliquibus diebus ſolemnioribus curare debere,ne abſit ab Eccleſia Geruntinen*, *& pro hac Diœceſi teneri ad deputandum Vicarium Generalem*, & hæc decreta fuerunt ſubſequentèr confirmata *die* 11. *Februarii* 1708. *& die* 18. *Auguſti eiuſdem anni*,ut ex regeſtis dignoſcitur.

Poſt reportata hæc decreta favorabilia, Capitulum Geruntinen.die 7. Mai 1711. conſenſit ut in Diœceſi Geruntina loco Vicarij Generalis deputaretur Vicarius foraneus, exortaque ſubinde controverſia ſuper dictæ renunciationis validitate,& propoſita in Congregatione habita die 28. Martij 1722. ſequenti dubio *An aſſerta renunciatio Capituli*, *& Canonicorum Cathedralis Geruntinen.obſtet executioni Decretorum Sacræ Congregationis in caſu*,die 18. Aprilis eiuſdem anni reſcriptum fuit *negativè* & quod prædictum dubium amplius,non proponeretur.

Nimis enim valida exiſtimata fuit ab E. E. C. C. ratio, quod Canonici videlicet non poterunt renunciare iuri, non ſolum Capitulo, ſed omnibus alijs, tum Eccleſiaſticis, tum Laicis Diœceſis Geruntinen. quæſito in ſequelam memoratorum decretorum huius Sacræ Congregationis habendi, non Vicarium Foraneum,ſed Vicarium Generalem.

Acquievit Epiſcopus reſolutioni in eo, quod attinet ad dubium mox recenſitum, ſed ſecum animo reputans, ſuam menſam Epiſcopalem nimia angi paupertate,& Diœceſi Geruntinen.bene conſuli poſſe media deputatione Vicarij Foranei,cũ amplioribus facultatibus ultra eas,quæ hujuſce generis Vicarijs conferri conſueverut, & ſic hujus Sacræ Congregationis Decreta, & reſolutiones, quibus demandata fuit deputatio Vicarij Generalis in Diœceſi Geruntina, eſſe ſibi nimis præjudicialia, novam ab hiſce Decretis poſtuſavit audientiam, & obtinuit,adeoque ex iuribus circumferendis dignabuntur E.E.V.V. decernere.

An ſit ſtandum, *vel recedendum à deciſis ſub die* 2. *Ottobris* 1706. *& die* 11.*Februarii*,*& die* 18. *Auguſti* 1708.

Die 12.Februarij 1724. Sacra Congregatio Concilij *ſtetit in Deciſis* juxta modum. Modus autem eſt, quod Gerentiæ deputetur ab Epiſcopo Vicarius *denominativè* tantum Generalis, cum facultatibus concordandis coram Eminentiſſimo *Præfecto*, Ita tamen, ut ab ejus ſententijs appellatio interponatur ad Epiſcopum; Ita reperitur in regeſto authographo ejuſdem Sagræ Congregationis lib. 74. Decretorum *fol.* 67.In quorum fidem Datum Romæ hac die 11. Novembris 1726.

Loco ✝ Sigilli

P.Archiepiſcopus Theod. Secr.

162

VA1 1528192

Digitized by Google

Digitized by Google